et inductione. et ſimilibus. ꝙ locutus fuit in compoſitio/
ne et ſolutione eſt. ſicut cum dixit ꝙ talis planeta cum per
ſe fuerit talē rē oſtēdit. ꝛ q̄n aliā partitionē habuerit rē talē
demōſtrat. ꝛ ita ſicut quālibꝫ rē demr̄at per argumētū vel p
experiētiā. Jn partitōe ſicut q̄n dixit. ꝙ gradus cōes ꝫodia/
ci ſūt coitateꝫ hn̄tes i tali ꝛ tali figura. Jn diffinitiōe eſt vt
q̄n locut⁹ fuit i diuiſiōe planetarū ꝛ ſignorū. Jn iductiōe ē.
vt q̄n locut⁹ fuit de ꝯplone cuiuſqꝫ planete. ꝛ ſicut de ꝓba
tione fuit repertū. Jn ſilitudie. vt q̄n demr̄at rōnes ſuas ad
ſilitudinē aliorū. ¶ Jn his autē maneries⁹ oīb⁹ logt̄ ſemꝑ
inq̄tū poteſt ſm naturā. ſic eſt calor. frigiditas. ſiccitas ꝛ hu
miditas. ꝛ res tales nāles. Nā opio ſua ē ꝙ oēs ſtelle faciūt
res iſtas i corporibus q̄ ſūt ifra ſpherā lune. ꝛ ſequūt̄ ea oēs
res alie q̄ i hac ſcia dcā ſūt: ſic poſtea an̄ itelliges. ¶ Poſtq̄
aūt cōplete diximus res octo principales. volumus incipe

re v̾ba ptholemei gloſare poſituri ſua ab vna parte ⁊ gloſaȝ nřam ab alia. ita ꝙ liber bene diuiſus ſit.

ℭ Caplm̄ primū primi tractatus libri q̄driparti ti ptholemei i collectiōe ītellectus ſcie iudicioꝝ aſtrorum. Prohemium.

RErū ieſure in qbus eſt ꝑnoſticabil' ſcie ſtellaꝝ ꝑfectio magnas ⁊ preci puas dūas eſſe dephēdim⁹.

ℭ Res quibus perficiuntur pronoſticationes miſſori: maiores ⁊ nobiliores ſunt due.

ℭ Ptholeme⁹ inſpexit ī oībus manerieb⁹ ꝑnoſticationū. ⁊ illas phẏcoꝝ defectiuas īuenit. ⁊ ſilr oīuȝ aliorū q̄ d̾ talib⁹ locuti fuerūt. ⁊ iuenit ꝙ vnuſqſq̄ i ſua ſcia ſe iuuabat a ſtellis. ſic͂ hypocras loq̄ndo d̾ aſcēſu vl' d̾ſcēſu ⁊ occaſu ſtellaꝝ. ⁊ ſicut locut⁹ fuit galien⁹ de mutationib⁹ īfirmitatū: q̄ curſū lune ſequūt̄. ⁊ ſicut laboratores q ſciūt tp̄s quo habēt arbores ⁊ vieas plātare. ⁊ de beſtỹs maſculū dare femie. Similiter ⁊ marinarỹ q ꝑ ſtellas dirigūt naues ſuas. hoīes ēt legū i ordinādis ſuis hoīb⁹ horis ⁊ dieb⁹ feſtiuis. tn̄ i his oībus qcq̄d hn̄t de ſcia ſtellaꝝ ē res modica multū: ita ꝙ non ꝑficit̄. Et poſtq̄ ita ē ꝯuenit vt ſolūmō ſit aſtrologi ars ꝑnoſticationū ꝯpleta. nā aſtrologus nouit id qd̾ ſciūt oēs iſti. ⁊ vltra id qd̾ deficit cōplemēto toti⁹. Et ꝓpter hoc dixit ptholeme⁹: ꝙ res qb⁹ ars ꝑnoſticationū ꝑfecte cōplet̄. maiores ⁊ nobiliores ſūt due. he due ſūt. aſtrologia q̄driuialis: ⁊ ars iudiciorū aſtronomie. ℭ Qd̾ dixit o miſſori. vult dicere o mi dn̄e. ⁊ hoc dicit vt honorē faciat legētibus ſuū librū: ⁊ tale verbū curialitatis iuenies i p̄ncipio libroꝝ ſuoꝝ oīuȝ. ſic͂ in almageſti ⁊ ariſmetrica. ℭ Qd̾ ēt dixit maiores. vult dicere maioris ꝑfectiōis. q² ꝑfectio cuiuſlȝ ſcie dȝ eē talis vt ſit vera. cōprehēdens oēs rōnes q̄ ſequūt̄ de ea. ℭ Qd̾ aūt dixit. nobiliores. dixit ꝓ eo ꝙ mā de qua loqt̄ q̄driuial' ſcia ſūt corpora celeſtia. ⁊ mā d̾ qua iudicia aſtronomie loquūt̄: ſūt oīa corpa exn̄tia īfra ſpherā lune. et ꝓpterea ars iſta nobilior ē cūctis alỹs. q² mā de q̄ loqt̄ ē tot⁹ mūdus. Hec aūt verba q̄ dixit ptholeme⁹ ſūt argumētū vnū: cui⁹ ſubm̄ ē id qd̾ dixit. ꝙ res qb⁹ ꝑficiūtur ꝑnoſticatōes miſſori: maiores ⁊ nobiliores. ⁊ predicatum eſt id qd̾ dixit: ſunt due.

ℭ Quaꝝ altera q̄ p̄cedit ⁊ ē fortior: ē ſcia ſolis ⁊ lune: necnō qnq̄ȝ ſtellarum erraticaꝝ figuras demōſtrās: q̄s ſuoꝝ motuū cā: ⁊ vni⁹ ad aliā eorūq̄ȝ ad terrā collatōe ꝯtigere manifeſtū ē.

ℭ Una quaꝝ ē: ꝙ dȝ ī ordīatōe ⁊ virtute p̄poni. ⁊ ē h̾ ars q̄ duoꝝ lumiariū ⁊ qnq̄ȝ planetarū figure ſciunt̄ ſm̄ motuȝ ſuū i cōparatōe vnius ad aliud. ⁊ eorum ad ſpheram terre.

ℭ Aſtrologia q̄driuialis ē hec. q² ꝑ eā ſcit hō figuras ſtellarū ſm̄ mot⁹ ſuos: ⁊ reſpectu vni⁹ ad aliā. ⁊ he figure ſūt coniunctōes ⁊ aſpect⁹ ceteri: i cōparatōe aſpect⁹ eaꝝ ad terrā ē qn̄ ſūt circa terrā vl' lōge. aut qn̄ oriūt̄ vl' occidūt in eclypſib⁹ duoꝝ luminariū: ⁊ ſilib⁹. Et ꝓpter hoc dixit ptholeme⁹ figuras ſtellaꝝ: vt nos itelligere faciat. ꝙ ſcia ſciēdi c⁹ nāe ſūt ſi ſūt leues aut nō. ſi pōderoſe vel nō. nō ē d̾ ſcia aſtrologi. ſed ē de ſcia naturaruȝ. Et qnq̄ȝ planete d̾ qb⁹ dixit. ſunt ſaturn⁹. iuppiter. mars. venus. ⁊ mercuri⁹. ℭ Et ꝙ dixit d̾ arte aſtrologie q̄ dȝ i ordīatōe p̄poni fuit. q² ſi neſciuerim⁹ figuras ſtellaꝝ: neſciem⁹ ſm̄ ꝙ operāt̄ i corpib⁹ īferiorib⁹ iudicare. ℭ Et ꝙ dixit in virtute fuit: quia iſte demonſtratōes firmiores ⁊ fortiores ſūt illis q̄ ſūt i arte iudiciorū. ⁊ h̾ q² de geometria ⁊ ariſmetrica ſūt accepte. ℭ Ampli⁹ ꝙ mā de q̄ loqt̄ nobilior ē illa de qua loqt̄ hec alia. qm̄ illa celeſtialis eſt: h̾ v̾o terrenalis. Ceteꝝ locut⁹ fuit ſolū de ſeptē planetis: nec noīauit ſtellas fixas. ⁊ h̾ q² planete ſūt leuis mot⁹ ⁊ d̾ vno ſtatu i aliū cito mutant̄: ſȝ ꝙ mutāt̄ iſta corpa īferiora. ⁊ maxīe q² v̾tutes ſtellaꝝ fixarū ſequūtur ī cōparatione earū ad v̾tutes ſepteȝ planetarū. Et ſemꝑ cuȝ noīat duo lumiaria ptholeme⁹ dicit ꝓ ſole ⁊ luna. ⁊ qn̄ alios planetas noīat: dicit talis planeta ⁊ talis: vt ſcire nos faciat virtutes ⁊ p̄rogatiuā magnā quā hn̄t duo lumiaria magna ſuꝑ alios planetas. ⁊ ſi ad v̾ba ſua iſpexeris inuenies. ꝙ ip̄e noīat eos ita. ℭ Res ſcd̾a q̄ ꝯſiderari dȝ ſūt mutatōes ⁊ opa q̄ cōtingūt ⁊ ꝑficiūt̄ ꝑ figuratōeȝ curſuū ſtellarū q̄ ſunt ſue nāles ⁊ ꝓp̄e ī reb⁹ q̄s cōprehēdūt. Hec ē ſcia iudicioꝝ aſtronōie. q² ꝑ eā pōt hō ſcire mutatōes ⁊ opa ꝯtigētia ī reb⁹ q̄ v̾ſus nos ſūt. ⁊ mutatōes de qb⁹ dixit: ſūt ſex maneries mot⁹: q̄ ſūt. generatio. ꝯuerſio. corruptio. augmētū. ⁊ decremētū. mutatio d̾ vno loco ad aliū. Et opa q̄ dixit ſūt res ab iſtis mutatiōib⁹ venientes i modū ſequele. ſicut virtutes aīe corporis ꝯplexioneȝ ſequūt̄. ℭ Et ꝙ dixit accidūt ⁊ ꝯplent̄. dixit. vt excipiet res que fiūt: ⁊ nō cōplent̄. ſic͂ tp̄s qd̾ ſemꝑ fit ⁊ nunq̄ cōplet̄: i ſciēdo tn̄ qd ē tp̄s. ⁊ quare venit: nō eſt hui⁹ ſcie. ſed ſcie naturaꝝ. ℭ Sȝ ſi qs ꝯ hoc foret dicēs: ꝙ ptholeme⁹ iā locutus ē i hac ſcia de re q̄ fit ⁊ nō cōplet̄. qn̄ fuit de abortiuo locut⁹. Reſpōdem⁹ ad hoc: ꝙ abortiuus iā cōpletus eſt ī oībus ſuis membris. tp̄s tamē ſue vite nō fuit completuȝ. ℭ Qd̾ aūt dixit ꝑ figurationē curſuū ſtellaꝝ: dixit pro eo: ꝙ vnuſqſq̄ planeta hȝ ꝓpriū curſuȝ ſuū. ⁊ ꝓpter hoc ſeponit eorū quilibȝ i figura ſeparata ab alteri⁹ figura. q² ille q vna vice oriētalis ē: alia ē occidētalis. ⁊ ille q ē occidētalis fit orientalis. ⁊ ita i alỹs figuris. nā ꝓpter figuras tales accidunt opa ⁊ mutatōes ī rebus que ſūt verſus nos. ⁊ hn̄t hoc a nā. ſicut lapis adamas trahere ad ſe ferrū. ⁊ ſic͂ purgare colerā ſcamonea. ⁊ cetera talia.

ℭ Altera vero eſt ſcia qua explanāt̄ mutatiōes ⁊ opa: q̄ accidūt ⁊ cōplent̄ ꝓpter figuras circuitus eaꝝ naturales eis i rebus quas circūdāt. Sȝ qm̄ duarū predictarū: prima qdē ē ſcia ꝑ ſe alteriq̄ȝ i cōmixta: dȝ vt ſcie ꝑſcrutator eā ſui cā perqrat et adiſcat ⁊ hic fructū accipiat: lȝ ſcd̾am nō adiſcat ſciam. Qm̄ igitur hoc ita ſe habere manifeſtū ē. iā prime ꝑ ſe ſcie tibi a nobis pactū ē volumē: in quo ꝓ poſſe nr̄o rōnabiliter ꝓceſſimus.

ℭ Prima duarū ſciarū quas diximꝰ: ē ſcia ſeparata ⁊ cōpleta per ſe. ⁊ ē talis: q² hō dȝ eā adiſcere ꝓpter ꝓficuū qd̾ ē i ea ꝑ ſeipſā: ſine ītromittendo ſe d̾ hac alia. q² pōt hāc aliā ſcd̾aȝ quā diximꝰ excuſare. ⁊ ꝙ ſit prima fuit nr̄i ꝓpoſiti. ⁊ qm̄ ita eſt cōpoſuimꝰ librū iſtū a pria ſcia ſeparatū. ꝓceſſimus. n. i pria via demr̄atōis ſm̄ poſſe nr̄m.

ℭ Poſtq̄ ptholeme⁹ dixit: ꝙ ſcia iudicioꝝ aſtronomie poſt q̄driuialē aſtronomiā dȝ legi: notificauit mō nobis v̾tutem q̄ ē i vtraq̄ eaꝝ: vt nullus extimet: ꝙ ſcie q̄driuialis ꝓpoſitū ſit ſolūmō: vt ad ꝓficuū iudicioꝝ aſtronomie ꝑueniat. ⁊ ꝓpter hoc dixit: ꝙ aſtrologia q̄driuial' ē res q̄ pōt eē ad finē ſui met ꝓpoſiti. ſine iſta iudicioꝝ. Hic enī liber ſeparat⁹ quē dixit ſe ī aſtrologia cōpoſuiſſe: ē liber almageſti.

ℭ In hoc libro ſecundam ſcientiam per ſe neq̄q̄ȝ explicabilem prout ratio phẏſica poſtulat explanabimus.

ℭ Res ſecūda quā diximus nō ē cōpleta ꝑ ſe. nos autem ſm̄ viam philoſophie de ipſa loqui voluimus in hoc libro.

¶ Scia iudicioꝝ aſtronomie nõ ẽ cõpleta ꝑ ſe: q꞉ cõpleri nõ põt ꝑter ſciam q̃driuialis aſtrologie ⁊ nã꞉ i q̃ fit opatio. na꞉ ſi alterã duaꝝ reꝝ: q̃liſcũq꞉ ſit. hõ neſciuerit: bñ ñ poterit ð hac ſcia opari. ¶ Qð aũt dixit. ſꝫ viã phie põt itelligi ꝙ vult dicere ſm ſciaꝫ nãꝝ. ꝑt ẽt itelligi ð toto ꝙ ð iſta ſcia loq̄tur: ꝙ ẽ argᵐ i modo quo log ꝯueniẽs ẽ i phia ꝑ ea certificãda.

¶ Oportet aũt ei⁹ iueſtigatorẽ hãc itẽtionẽ exeq̄: vt i ea recto tramite viaq꞉ veraci ꝓcedat. Modũ tñ ad hãc ꝯueniẽdi ſcia꞉: mõ quo ad altera꞉ ꝑ ueniť: q̃ ſꝑ vni⁹ eiuſdẽq꞉ modi ẽ: aſſiilare nõ velit. hãc eteni poſtpõet ⁊ abnegabit ſcia꞉ ſi aſſiľet.

¶ Et ꝯueĩt volẽti i hoc itẽdere: vt itẽdat viã hoĩs veritatẽ q̃rẽtis. hoc. n. ſit ꝓpoſitum ſuũ: ne velit eq̃re viã h⁹ ſcie ſcðe vie ſue prime ſcie q̃ ſtabilis ẽ ⁊ firma ſꝑ vnius modi. nã ſi hoc faceret ſtati꞉ hẽret reprobare ac reddere ſcia꞉ iſtã mẽdacẽ.

¶ Uult dĩe ꝙ qui petit ꝓnoſticationes h⁹ ſcie ſcire ſic certe vt illas ſcie q̃driuiaľ: errat. qm̃ q̃driuialis aſtrologie ꝓnoſticatões. ſicut ẽ ſcire qñ erũt eclypſes ⁊ ꝯiũctões q̃ ſequũtur curſus planetaꝝ: nunq̃ mutanť. ꝓnoſticatões tñ h⁹ ſcie: ſũt alteri⁹ modi. q꞉ mãe i q̃b⁹ ſupiora corpa opanť mutãť ð leui. ⁊ q꞉ nõ ſũt firme nec de vno modo morãtur.

¶ Breuis. n. mora accidẽtiũ materiei: i q̃ hec ver ſať ſcia: ẽ h⁹ ſcie ſcðe mutatiõis occaſio. Hec nã q꞉ materia nũq̃ i eodẽ ſtatu ꝑſeuerat. iõ ꝑfecta꞉ iſtius ſcie cognitionẽ grauiter q̃s attigit.

¶ Rõ ꝑꝑ quã mutať h ſcia ẽ. q꞉ elm̃ i quo fit operatio ð hac ſcia ñ ẽ ſtabile: nec morať ð vno mõ. ⁊ ꝑꝑ hoc ẽ graue itelligere appatũ q̃ eſt in eo.

¶ Poſtq̃ nobis aſſignauit rõnẽ q̃ certa ẽ ſꝑ aſtrologia q̃driuiaľ. dedit nobis rõnẽ i hoc dcõ. q̃re ſcia iudicioꝝ aſtronoᶜ ẽ alteri⁹ manerici q̃ pᵃ. di. ꝙ he due ſcie hñt diffõnẽ vnã. tñ error q̃ cadit i iſta iudicioꝝ ẽ ꝑꝑ elm̃ i quo fit opatio de hac ſcia. vult dĩe ꝑ q̃tuor elã ⁊ oĩa q̃ cõponunť ð ipis. ſic fumoſitates: mincre: vegetabilia ⁊ aĩalia. nã res iſte recipiũt opa ꝑ manerics mľtas. ⁊ nľla eaꝝ ſtabiľ ẽ i vno ſtatu. ⁊ ꝑꝑ hoc eſt graue ſcire res ꝯtigẽtes i eis. ex h igr̃ ꝑt itelligeť ꝙ error cadẽs i hac ſcia ñ ẽ ꝑꝑ ſcia꞉: ſꝫ ꝑꝑ accñs mãe i q̃ opanť ð ea.

¶ Ob hoc tñ a nľlo pigricie cã poſtpõenda eſt: qn ex ea ſciri qð poľe ẽ ſcire nitať: Planũ q̃de꞉ ẽ: illð ꝙ nos ãbit: pľimũ accñtiu꞉ ⁊ mutationũ: i hoc mũdo cõtingentiũ occaſione꞉ exiſtere.

¶ Nõ tñ ꝯuenit ꝓ toto eo ꝙ ð hoc accidat: vt dimittam⁹ iſpicẽ i reb⁹ q̃ ð hac ſcia pñt ſciri. q꞉ mãifeſtũ eſt ꝙ ꝓ maiori ꝑte accñtia ⁊ nouitates que inter nos acciderũt: nõ veniũt ꝓpter aliã rem niſi ꝓpter cã que circũdatos nos tenet.

¶ Poſtq̃ ptholeme⁹ fecit itelligere: ꝙ error q̃ cadit in hac ſcia ñ ẽ niſi ꝑꝑ mã꞉ q̃ ñ ẽ ſtabilis: diť nob q̃q̃ hoc ita ſit ñ debem⁹ deuiare: qn iſpiciam⁹ ꝑ hanc ſcia꞉ i his q̃ ð ea ꝑt hõ ſcire. q꞉ manifeſtũ ẽ ꝙ mutatões ⁊ opa ꝯtigentia iter nos acciduť ꝑꝑ figuras ⁊ curſus ſtellaꝝ. Et poſtq̃ ita ẽ ꝑuus error ñõ d꞉ nos ðuiare a magno ꝓficuo qð poſſum⁹ hr̃e ð ea.

¶ Om̃ aũt mľtoꝝ ẽ ad iueſtigãdũ difficilia vilipẽdere: q̃dã mentis cecitate aiq꞉ ipitia primã ſcie ꝑtẽ accuſãtes poſtponebãt: q̃dã vero ſcðam.

¶ Et q꞉ mľti hoĩes mẽdaces faciũt res q̃ ſũt ad itelligẽdũ graues: ſũt ex eis q̃ ſic ad magnã veniũt cecitatẽ ꝙ primã harũ ſciaꝝ dñt mendacẽ ⁊ alij quĩ ſcðam: vituperantes eaſdem.

¶ Quadriuiaľ aſtrologia ẽ grauis ad itelligẽdũ: q꞉ de geometria ⁊ ariſmetrica fortes rõnes ſũt i ea: ⁊ ꝑꝑ rectificatões antiq̃ꝝ. q̃ ſunt diuerſaꝝ opinionũ. ꝑꝑ errorẽ q̃ accidit i diſione iſtoꝝ cũ q̃b⁹ iſpiciebãt: ⁊ ꝑꝑ lõgitudinẽ tpis q̃ ẽ iter vnã rectificationẽ ⁊ aliã. ⁊ ſcia iudicioꝝ aſtronomie grauis ẽ ad itelligẽdũ ꝑꝑ elm̃ qð ñ ẽ ſtabile ſic ꝑdixim⁹. ⁊ ꝑꝑ difficultatẽ itelligẽdi ꝯpõnẽ q̃ fit ð ṽtutib⁹ planetaꝝ: vni⁹. ſ. cũ alio. ⁊ ꝑꝑ hoc ſũt aliq̃ q̃ ad tantã deueniũt cecitatẽ. vult dĩe. ſ. cecitatẽ itellect⁹: ꝙ dñt ſcia꞉ ꝑmã mẽdacẽ. Nã vitupãt res mľtas ⁊ valde bonas ⁊ magis ꝑfectas i phia. q꞉ graue ẽ eas intelligere. Et ſũt alij q̃ ſcðam dñt mẽdacẽ: ⁊ eã vitupant. hac eadẽ rõe. Ptholę. aũt adiũxit i ſuo dcõ ſiľ has duas ſcias: vt itelligas ꝙ vtraq꞉ eaꝝ ẽ bñ certa i ſe. ⁊ ꝙ grauitas ⁊ error q̃ ꝯtigit i eis ẽ ꝑꝑ debilitatẽ itellect⁹ hoĩs: ⁊ ꝑꝑ nã elĩ: qð nõ ẽ ſtabile. ⁊ poſtq̃ ita ẽ nulla haꝝ ſciaꝝ ꝑ ſe vituperari põt.

¶ Occaſio q̃dẽ illos ad hec ita diſtrahẽs forſitã hec ẽ. Qm̃ vel ſũt vt q̃dã q̃ qð ꝑ difficltate nimia ſcire nequeũt: alios ſcire poſſe nequaq̃ extimãt: vľ forſan velut hi q̃ lꝫ ſcire valeãt repudiãt: eo ꝙ leuiter a mẽoria diffluat. His itaq꞉ de cãis hanc vilipẽdentes ſciam ꝓ nihilo reputabãt.

Et rõ ꝑꝑ quã dĩe poſſum⁹ ꝑꝑ q̃d hoc eis accidit: ẽ: qm̃ aliq̃ ſũt q̃ ꝓ eo ꝙ ñ pñt rẽ itelligere: credũt ꝙ eẽ nõ poſſit aliquo mõ ⁊ qð nullus ſit q̃ attigere poſſit eã: Et aliq̃ ſũt opionis ꝙ hõ iſpicere ñ d꞉ in re difficili ad ſciẽdũ: ⁊ ðdignãť eã: ⁊ ꝑꝑ hec i ꝓpoſito h⁹ ſcie ñ iſpiciũt: ⁊ dicũt: ꝙ eſt res quã attigere nequit homo.

¶ Ptho. loq̄ť i hoc loco aſſignãs rõe꞉: q̃re mľti vitupãt ſcia꞉ iudicioꝝ aſtronoᶜ. ⁊ diť ꝙ ẽ reꝝ duaꝝ. vna ꝑꝑ quã h faciũt: aut q꞉ credũt ꝙ ñ ſint hoĩes q̃ poſſint itelligere vllo mõ res q̃ ſũt graues ad itelligẽdũ: aut q꞉ vidẽt aliquos ibi errare. q꞉ nõ pñt ſcire totũ ꝑꝑ rẽ aliquã q̃ defiť. inde ſibi dedignantur totũ: ⁊ reputãt ꝙ ẽ res quã nľľs ſcire põt: ſic alij quos diximus. Dĩa võ q̃ ẽ iter vnã opionẽ ⁊ aliã: ẽ q꞉ ꝑmi quos dixim⁹: reputãt ꝙ ñ ẽ hõ q̃ eã poſſit itelligere vllo mõ. Et alij reputãt ꝙ ẽ res q̃ poſſit attigi: ſꝫ ẽ adeo grauis: ꝙ i ea iſpiciẽdũ nõ ẽ. ⁊ ꝓpter hoc dedignãtur eãdem

¶ Nos vero priuſq̃ h⁹ ſcie particularia mãifeſte m⁹: breuiter ꝓbare nitemur: q̃d i hac hr̃: quidq̃ ſciri põt ð ꝓnoſticationis ſcia: quiſue ſequať fructus: ⁊ ex his duob⁹ icipiem⁹ explanare quantũ ſit: ad qð ex hac ſcia ꝑtingere poſſumus.

¶ Nos narrabim⁹ vt breuiter faciam⁹ itelligi q̃꞉ tũ ꝓnoſticatõis hõ põt attigere ð hac ſcia ⁊ quãtũ ẽ ꝓficuũ qð iacet i ea ãtequã loq̄mur i reb⁹ ꝑticlaribus. h⁹ ſcie. Incipiẽdo primit⁹ vt itelligi faciam⁹ quãtũ ẽ id qð ð hac ſcia põt hõ attingere.

¶ Poſtq̃ narrauit rõnẽ ꝑꝑ quã ꝑ error põt cadẽ in hac arte dicẽs ꝙ ẽ ꝑꝑ elm̃ qð nõ ẽ ſtabile. ⁊ q꞉ graue ẽ ſcire ꝯpõnes fiũt ꝑꝑ cõmixtionẽ ṽtutũ planetaꝝ. ⁊ ꝓpter hoc mľti dedignãť eãdẽ. Incipit nũc ꝓbare ꝙ ẽ ṽa ⁊ certa ſcia. ⁊ vult oñdere q̃tũ ide attigere põt hõ: ⁊ q̃tũ ẽ ꝓficuũ qð iacet in ea. vt hoĩes ð ipa maiorẽ habeãt volũtatẽ: ⁊ deſiderẽt eã magl

¶ Qualiter ad pronoſticabilem ſcientiam iudiciorum aſtrorum poſſumus peruenire. ⁊ quantu꞉ eſt. quod ex ea ſciri põt. Ca. II.

Dixit Haly.

Ptholemeus dat i hoc cap° dm̄ſtratioē q̄ i hac ar te p̄t hō attigere q̄tū ē i ea: ⁊ mſtrat q̄tū ē id qđ p̄t attigi: ⁊ cū h demſrat q ars va ē. Et poſtq̄ ita ē q̄uo dz aliqs opiari q nō fuit res exp̄ta. nā ars iſta va ē: ſed nullus locut⁹ fuit i ea cū rōne: imo ſi iſpexeris i vbis q̄ dixe rūt: iuenies eos mltū a vitate remotos: ⁊ repies q vba ptho lemei falſificari non poſſunt.

Vim aliquā i mū alatbir exiſtere q̄ ad terrenas res vſq; p̄ueniēs eas muta re ꝯpellat imo cogat eaſdēq; res ite; nālr mutabilitatē ſuſcipe ex duabus primis materieb⁹ lūari circlo ſuppo ſitis q̄ ſūt ignis ⁊ aer: q̄s motus alatbir circūdat ⁊ mutat: ī p̄ſq; cetera aquā. ſ. ⁊ terrā: eozūq; ſinglā vegetabilia circūdat: ſuiſq; mutatōib⁹ mutant: nulli dubium eſſe credimus.

¶ Verbū dictū i ſubſtātia nobili q̄ virtutē h; co gnitā: ⁊ q hec virt⁹ dſcēdit ad oīa q̄ ſūt ſupra ter rā: mouēs ⁊ mutans ea: ⁊ q hec recipiūt ēt mo tū ⁊ mutationē a duob⁹ elemētis q̄ ſūt ſub ſpera lune: ⁊ hec ſūt ignis ⁊ aer q̄ ſūt circūdata ⁊ recipi unt motū ⁊ mutatōe; a motib⁹ corpis nobilis: ⁊ ip̄a ſilr ꝯprebēdūt ⁊ mutāt motu ſuo res alias q̄ ſūt i eis: ſicut ē terra: aq̄: ⁊ res oēs q̄ ſūt i eis: d̄ ve getabilib⁹ ⁊ aīalibus: verbum ē vex̄ ⁊ res certa ⁊ omnibus manifeſta.

¶ Oīa corpa celeſtia ſūt ſuba nobil: ⁊ gnālr ſūt oīa vnū i gnē. ⁊ ſūt nāe ⁊ ſube alteri⁹ q̄ res alie q̄ ſūt ſub ſphera lune: q2 illa ē ſuba firma ⁊ durabil ſp vni⁹ modi. ſ; ſuba rex̄ q̄ ſūt inter nos ē ꝯuertibil ⁊ mlta₰ mutationū. Et ē manifeſtū q vitas ad nos veniēs a corpib⁹ ſupioꝛib⁹: opāt ⁊ mutatōes facit in corpib⁹ ſupioꝛib⁹. q2 oēs q quodā mō iſpicere voluerit vide būt: q qñq; aer ifrigidat⁹ fit calid⁹ ⁊ ſiccus: ⁊ hūid⁹: res oēs exñtes ſup terrā: mutāt pp h: ſic aq̄ ⁊ vegetabilia ⁊ aīalia. ⁊ Ptho. p̄bat h añ p̄batōe certa ⁊ recta iudicū q̄ dcā ē expien tia i h mō: q laboratores ſciūt p curſū planeta₰ tp̄a ꝯueniē tia p plātandis arboribus: p ſemināđo: p faciēdo vt beſtie generēt: ⁊ q ſapiētiores ſūt d laborib⁹ terre: ſicut illi q libros d agricltura fecerūt ſciūt a ſtellis id qđ accidet cuilib; arbo ri p horā q̄ plātatur: ⁊ id qđ eis accidet qñ fructū poꝛtabūt. Marinarij vo ſciūt a ſtellis q̄lr hēant dirigere naues ſuas: ⁊ q ſapientiōes ſūt itelligeūt res q̄ accidūt i mari. ⁊ illi q morā tur i ripis maris ſciūt a ſtellis q̄uo creſcit ⁊ decreſcit mare: vl q̄uo mutat: ⁊ ſilr riui mutant ⁊ fōtes. ¶ Phyci ēt ſciūt a ſtellis ⁊ planetis q aer dat ſanitatē ⁊ ifirmitatē. ⁊ ille q plus nouit ⁊ magnis reb⁹ iſpicit p̄t res p̄ticulares ſcire ad ſuū mi ſteriū p̄tinētes. ſicut Hypocras q dixit: ſi ifirmitates accidē tes venerit p aliquā rex̄ celeſtiū: ꝯuenit phyco q eas p̄dicat Hoc. n. vbū oñdit q Hypocras ſciuit ⁊ itellexit ifirmitates p̄uenietes a corpib⁹ celeſtib⁹. ⁊ pp h dixit q hec ſcia nō eſt ars modica artis phyce. ¶ Et Galienus ēt ſtuduit ⁊ iſpexit i miſterio ſuo tm̄ q iuenit q mutatōes ifirmitatū ſequunt ſp curſū lune. ⁊ q ſi die cretica luna iſpexerit aliquā foꝛtunā natiuitatis ifirmi: eueniet ei ſine pena termin⁹ ⁊ exit⁹ bon⁹. ⁊ ſi die ip̄a iſpexerit aliquā ifoꝛtunā erit ꝯriū. Et res tales di xit ēt Galien⁹ i libris ſuis d phyca. ⁊ ſilr Hypocras q añq̄ lo cut⁹ fuit galien⁹ i hac rōne i libro ſuo quē fecit d embriōe: qñ dixit d creatura: q̄re viuit de ſeptē mēſib⁹ ⁊ nō d octo. Et magis dico q nō ē hō tā neſci⁹ q nō nouit q pp curſū ſolis fit caloꝛ ⁊ frig⁹ ⁊ res alie q̄ videt ad oculū. Ptholeme⁹ āt non fuit ꝯtēt⁹ p̄bare hoc p iudicia ſed demonſtratione recta.

¶ Eo q ſol ⁊ aer i terrenis oibus operantur.

¶ Qm̄ ſol cū aere opat i reb⁹ oib⁹ exñtib⁹ i terra.

¶ Ptho. vlt nob oñdere p h vbū q ſphera ignis ⁊ aeris q̄ mu tāt p coꝛpa celeſtia mutāt res oēs q̄ ſūt iter nos. q2 qñ aer qñ mutat i caloꝛē vl adduci i nos d ſuo ope: ⁊ i reb⁹ q̄ ſūt iter nos

¶ Et q nō ſolū terre ex q̄tuoꝛ āni tp̄ib⁹ alteratōes adueniūt: velut i aiantiū ꝯcēptōib⁹: arbox̄ fructi b⁹: aq̄x̄ exceſſib⁹: coꝛporūq; mutatōib⁹: ſ; ēt ex di urna volubilitate in q̄ quotidie ꝯtinet. Ob hanc eteni volubilitatē terra caleſcit ⁊ ifrigidat: deſic cat ⁊ humectat vno eodēq; mō: pp ꝯſiles in ſpē figuras: q̄ foꝛmāt ſm eox̄ loca a ꝫenit nr̄ox̄ capi tū. A luna quoq; ſilr: q2 terre p̄pinquoꝛ ē magna nobis vis attribuit: q̄ mltis aiatis ⁊ inaiatis mu tatōes ꝯferunt. Exceſſus nāq; riuox̄ et decremē ta: h; lune diminutōe; ⁊ augmētū eueniūt. Ma ria quoq; i ei⁹ oꝛtu ⁊ occaſu alterāt. Vegetabi lia itē ⁊ aīata in toto vl in p̄te ip̄i⁹ augmento vel diminutione: crementū ⁊ decremētū ineūt.

¶ Et nō ē hoc ſolū pp mutatōes q̄ fiūt p tp̄a āni: ſi cut ē aīaliū gnātio: fructificatio arbox̄: creſcentie aq̄x̄ ⁊ aliox̄ cōpox̄ mutatōes: ſ; ēt ē pp reuolutio nē quā facit firmamētū vice vna i die: q2 calefac ⁊ ifrigidat: humectat et deſiccat p regulā ⁊ oꝛdi natōe; q̄ ſeqt figuras q̄ ſūt ſiles i manerieb⁹ ill q̄ fiūt h; loca ſua de ꝫenit nr̄ox̄ capit ū. A luna quo q; ſilr q̄ terre p̄pigoꝛ ē magna nobis vis attribui tur: q2 mltis aiatis ⁊ inaiatis mutatōes ꝯfitent. exceſſus maris via ⁊ riuox̄ ⁊ decremñta h; hāc diminutōe; ⁊ augmentū eueniūt. maria quoq; in ei⁹ oꝛtu ⁊ occaſu alterant. vegetabilia item ⁊ animata in toto vel in parte ip̄ſi augmento vl di minutiōe crementu; vl decrementu; inueniunt.

¶ Poſtq̄ dixit q ſol mutat aerē ⁊ aer ēt res q̄s ꝯp̄hēdit mu tat dixit q ſol ñ fac h pp āni tp̄a: ſ; h fac quolib; die: eo mō q̄ facit p āni tp̄a. q2 ſicut ſol qñ ē i directo nr̄ox̄ capitū facit ac rē multū calidū. ⁊ qñ elōgat minuit mltū d caloꝛe ſuo ſicut facit die qualib;. h; q ē circa vl lōge a medio celi exñte ſup terrā. nā i mane fac aerē magis tēpatū: ſicut ē tp̄e veris reſ pectu manerici c⁹ eſt aer ip̄a die. ⁊ vult dicere q mane ē aer magis tp̄at⁹ vt plimū. ſilr a medio celi añ caleſcit aer ſm qđ ē tp̄e eſtatis et ab occaſu añ humectat h; qđ ē tp̄e autūni. Et a me⁹ nocte ioſū h; qđ ē tp̄e hyemali. hec. n. ē res quā hō d le ui p̄t itelligere ſi iſpexerit q̄uo ſe ponit q̄lib; die aer. Et poſt q̄ ita ē manifeſtū q ſol ē maioꝛ cā i his q̄ accidūt p āni tp̄a: ſicut ē gnātio aīaliū ⁊ fructificatio arbox̄: ⁊ q i illis tp̄ib⁹ ſe qt h ꝯplexionē aeris. certū eſt ēt q ſol ē maioꝛ cā i mutādo die q̄lib; res iſtas q̄ ſūt iter nos p̄ticlarib⁹ mutationibus. Et Ptholo. exq̄ſiuit donec dm̄ſtratōe; iuenit ex p̄te ſenſus q ſol opat i reb⁹ q̄ ſūt iter nos ⁊ recipiūt ab eo mutatōes ⁊ opera: res mlte viue ⁊ nō viue. Nā aq̄x̄ recētie creſcūt ⁊ decreſcūt ſic augmētū ⁊ decremētū lucis lune: ⁊ mutāt ēt mutatiōes maris ſm aſcēſū ⁊ deſcēſū lune. ſilr vegetabilia ⁊ aīalia cre ſcūt ⁊ minuūt i toto vl p̄te ſm augmētū ⁊ decremētū lune. Et vt d vno ope ad aliđ ē q̄to lōgi⁹ ſūt coꝛpa: vnū. ſ. ab alio: q2 tāto ſūt debilioꝛa: ⁊ q̄to viciniora tāto foꝛtioꝛa. Et pp h dixit Ptholo. quia luna ē circa nos: p̄ucit ad nos de ip̄a ma gna vt⁹. Et ē manifeſtū q res viue ſic vegetabilia ⁊ aīalia ⁊ res nō viue: ſic aq̄: fumoſitates: et minere: recipiūt oēs op̄a

⁊ mutatões a v̄tute lunari.⁊ h̄ ē res quā videm⁹ ad oculū.nā videm⁹ riuos creſcere ⁊ minui:ƀƺ ꝙ lux lūe creſcit ⁊ minuit. ⁊ m̄lte arbores mutāt oī die mot⁹ ſuos ꝑꝑ aſcēſū ⁊ occaſū lune:aut q̄ ſtat i medio celi.⁊ hoc totū ſciūt certe ph̄yci paſtores ⁊ laboratores ⁊ mariarꝫ ꝙ totū bñ ſcire poteris ꝑ libros quos ꝓdicti ꝯp̄lauerūt:ꝙ vegetabilia:aialia:minere ⁊ aque mutāt̄ i toto vl̄ i ꝑte ƀm mutatõeꝫ lucis lune aut ƀm figuraꝫ in qua ſe ponit.

℄ Erraticaꝝ quoqꝫ ſtellaꝝ atqꝫ fixaꝝ circūuolutio: calores ⁊ vētos ac niues i aere nos ambiente m̄l tis modis efficit. Quapp ƀm illi⁹ ꝯplexionē reb⁹ terre ſuppoſitis alterationes accidūt.

℄ Et curſus pl̄aꝝ erraticoꝝ ⁊ ſtellaꝝ fixaꝝ opāt̄ i aere q̄ nos ꝯꝓhēdit m̄lta ⁊ diuerſa opa caloris ⁊ frigoris:vētoꝝ gelatoꝝ ⁊ niuiū.⁊ ꝑꝑ mutatõeꝫ illā mutant̄ res oēs q̄ ſunt ſupra terram mutatõe eidem ſimili.

℄ Docuit nos ꝓthol.ꝙ oēs res celeſtes ſūt gnāl̄r vni⁹ ſube. ⁊ ꝙ ſol ⁊ luna opant̄ res m̄ltas vl̄es ⁊ ꝑticulares ī reb⁹ q̄ ſūt iter nos.⁊ ꝑꝑ hoc ꝯuenit vt qlꝫ planetaꝝ ⁊ ſtelle fixe hēant opa vl̄ia ⁊ ꝑticlaria:ſicut hñt ſol ⁊ lūa. Et poſtq̄ ſūt vni⁹ ſbe gnāl̄r cōuenit ꝙ oē gen⁹ hēat ſpēs q̄ opent̄ cū ſua ſuba aliq̄ opa vl̄ ſit i eis aliq̄ v̄t⁹.⁊ ꝯuēit ꝙ oēs alie ſpēs q̄ ſūt illi⁹ gnīs hēant ſil̄cꝫ v̄tutē.⁊ ꝙ talia opa opent̄ ſicut i ph̄ia dictū ē. Et poſtq̄ ita ē:ꝯuenit oīmō vt ceteri planete ⁊ ſtelle hēant v̄tutē cū q̄ opent̄ i reb⁹ q̄ ſūt iter nos.ſil̄r ſicut ſol ⁊ lūa opāt̄ id qꝺ opāt̄ ꝑꝑ motū ſuū:⁊ ꝑꝑ v̄tutē figuraꝝ i qb⁹ ſe ponunt:ſic ⁊ i alijs plāetis ⁊ ſtell̄ ꝯuēit:ꝙ ꝑꝑ mot⁹ ſuos ⁊ figuras i qb⁹ ſe ponūt ⁊ faciāt opa i reb⁹ q̄ ſūt iter nos. Qꝺ āt dixit pl̄as erraticos:dixit ꝑ eo ꝙ hēant retrogradationē:directionē:altitudinē ⁊ ꝺp̄ſſionē:curſū feſtinū ⁊ tardū.⁊ hi ſūt.5.q̄s aū noīa uimus.ſ.Saturn⁹:Juppiter:Mars:Uen⁹:⁊ Mercuri⁹. Et ſtelle fixe ꝺ qb⁹ dixit ſūt oēs alie ſtelle q̄ ſūt i celo ⁊ ſūt dcē fixe:q2 ſꝑ ſūt vni⁹ modi:vna.ſ.ab alia elōgata.⁊ h̄ ſil̄r ab egno ctio ⁊ ꝫodiaco:⁊ ſꝑ oēs ꝺ vno⁹ moueñ.ſil̄r ꝯuenit:vt ſicut ſol hꝫ opaꝫ ſp̄ālē alteri⁹ maneriei q̄ꝫ luna.ſic qlibꝫ planeta ⁊ ſtella hēat ſuā opam ſp̄ālē ⁊ diuerſā:vnā.ſ.ab alia. Et ſicut ſol ⁊ luna opant̄ i reb⁹ ꝑꝑ mutatõeꝫ q̄ mutāt aerē:ſic ⁊ pl̄e ⁊ cetere ſtelle opant̄ id qꝺ faciūt ꝑꝑ mutatõeꝫ quā faciūt i aere:⁊ ꝑꝑ eas ⁊ aerē fiunt iter nos calor frigus:venti gelate:niues: ⁊ alia multa pertinentia ad naturam cuiuſlibet eorum.

℄ Et ƀm coꝝ figuras adinuicē:quas ex ſua cōiunctōe ſuarūqꝫ fortitudinū cōmixtiōe ſuſcipiūt:varie rerum mutationes contingunt.

℄ Participatio ēt pl̄aꝝ ⁊ ſtellaꝝ i figuris vni⁹.ſ. verſus aliā:m̄ltas et diuerſas mutationes faciūt quādo cōiunguntur ⁊ ꝯmiſcētur virtutes deſcēdentes ab eis vna.ſ.cum alia.

℄ Poſtq̄ qlꝫ ſtellaꝝ hꝫ v̄tutē ꝓpriā cū q̄ opa ſua opāt̄ ƀꝫ mutatõeꝫ quā i aere fac̄:manifeſtū ē qñ ꝯiūgūt̄ ꝺ figura ꝙ eaꝝ v̄tutes voluūt̄ ⁊ ꝯmiſcēt̄ ꝯplões ſue.ſ.cū alia.⁊ ꝺ hac ꝯmixtiōe fit alia ꝯplexio:quā hꝫ vnaq̄q3 ꝑ ſe. Et ꝑꝑ hoc cōuenit vt faciāt alia opa magna ⁊ diuerſa q̄ qlꝫ ꝑ ſe opari nō poſſet ⁊ ita ſūt h̄ opa m̄lta ⁊ diuerſa ƀꝫ ꝙ ꝯmixtiōes m̄lte ⁊ diuerſe ſūt. ℄ Qꝺ āt dixit i h̄ loco ꝓthole.dixit ꝙ id qꝺ opāt̄ ſtelle oēs:opāt̄ ꝑꝑ mutatioꝫ quā i aere faciūt:ꝺ calore:frigore: humiditate ⁊ ſiccitate.⁊ hic ē finis ꝓbōnis quē dedit i opib⁹ ſtellaꝝ.ꝓthole.āt vult exponere id qꝺ ꝯuenit ꝺ reb⁹ q̄s dixit i hac ꝓbatōe:⁊ poſtea h̄ inductiue mōſtrabit.

℄ Preter ꝙ ſol̄ efficatia ſꝑ i reꝝ variatiōib⁹ ordinati icedētib⁹ ꝓual et ceteris. Alie vero illū qñqꝫ iuuāt ⁊ nōnūq̄ ipediūt:qꝺ i luna cōtigit euidēti⁹ atqꝫ frequēti⁹:velut i ꝯiunctiōe et dicothomitate ac plenilunio. Jn alijs vero ſtellis euenit i tꝑis ꝓlixioris circuitōe et occultiore ſignificatōe ƀm ꝙ eſt ī horis occultatōis et apparitōis eaꝝ:atqꝫ declinatōe ſua verſus q̄ꝫlibet latitudinem.

℄ Quāq̄ virt⁹ ſolis victrix ſit ⁊ dñet̄ i reb⁹ oībus eūtib⁹ ꝑ ordiatōem:tñ alij planete adiuuāt aliqñ et aliqñ nō:q2 poti⁹ ꝯtrariāt:et hoc i luna ē manifeſtū ē et magis et ſepi⁹ appꝫ:ſic in ꝯiūctōe ſol̄ et lune.et qñ ipa diminuta ē et qñ ꝯplet̄.de alijs tñ planetis et ſtellis accidit hoc magis a lōgo tꝑe et plus coopte oñdit̄:ſic i tꝑe quo apparet et quo abſcōditur vel quo ad aliquā partē declināt.

℄ Qꝺ dixit v̄t⁹ ſolis ē victrix ⁊ dñat̄ i reb⁹ eūtib⁹ ꝑ ordiationē:ē hoc ꝙ appꝫ i q̄tuor ꝑtib⁹ ān̄i:⁊ q̄tuor ꝑtib⁹ diei:⁊ reb⁹ oib⁹ q̄ ꝺ opibus ſol̄ apparēt. Et id qꝺ dixit ꝙ alij pl̄e ⁊ ſtelle adiuuāt ſolē i eo qꝺ opāt̄ i reb⁹ q̄ ſūt ꝑ ordinationē vl̄ ꝯriāt vl̄ minuūt ꝺ ope ſuo:⁊ totū aliꝺ qꝺ dixit ꝑ hūc locū:dixit vt demr̄aret opa ſtellaꝝ:⁊ ꝯmixtiōes q̄ fiūt ꝑ ꝯnes ſuaꝝ v̄tutū vni⁹.ſ.cū alia. Sil̄r docet nos ꝑ h̄ v̄ba:ꝙ oēs mot⁹ ꝯtigētes ī reb⁹ q̄ ſūt iter nos accidūt ꝓpter ꝯnes v̄tutū ſtellarū ⁊ ꝑꝑ ꝯmixtiões ſuas:⁊ ꝑꝑ h̄ videm⁹ i tꝑib⁹ ⁊ qlꝫ die maneries diuerſas.qñ aliqñ v̄t⁹ q̄ ē ſolis ꝓꝑa creſcit ⁊ aliqñ minuitur.

℄ Et poſtq̄ ita ē itelligam⁹ ꝙ alij planete ⁊ ſtelle aliqñ iuuāt v̄tutē ⁊ op⁹ ſolis q̄ ſilia ſūt eis:alñ ꝑ eēntiā ⁊ alñ ꝑ accñs.per eēntiā:qñ aliqs pl̄ta vl̄ ſtella fuerit talis nāe ꝙ opet̄ op⁹ t̄le q̄le illꝺ ſolis ꝑ accñs qñ i loco fuerit:vbi v̄t⁹ ſua hēat vi maiorē. Et eaꝝ ē aliq̄ ꝯriās op⁹ ſolis ⁊ minuēs v̄tutē ſuā. Sil̄r ꝑ eēntiā aut ꝑ accñs:ꝑ eēntiā qñ nā ſua fuerit nāe ſolis ꝯria: tūc ꝯriat op⁹ ſolis:ſic ē ſaturn⁹.ꝑ accñs qñ in loco fuerit aliq̄ ꝙ poſſit minuere ꝺ v̄tute ſol̄.hoc.n.appꝫ i luna magis ⁊ ſepi⁹ q̄ꝫ i aliquo alioꝝ:q2 ē m̄ltū circa terrā:ſic videm⁹ qñ ꝯiūgit̄ cū ſole:⁊ qñ dimidiat̄ ⁊ qñ ꝯplet̄.de alijs tñ planetis ⁊ ſtell̄ nō appꝫ hoc tm̄:nec ſic ſepe:q2 hoc nō accidit niſi qñ appent vl̄ qñ abſcōdūt̄:vl̄ qñ declināt ad aliquā ꝑtē ſeptētrionis aut meridiei:aut occidētl̄ aut orietis. Et q2 ꝓtho.ꝺdit p̄ h̄ v̄ba ꝺmr̄atōꝫ opū planetaꝝ:ꝑ h̄ eadē oñdit nob̄ viā q̄ ſcire poſſum⁹:c⁹ ꝯplōnis ē qlꝫ plāeta ꝑ ſe ⁊ qlꝫ ſtella ꝑ expientiā ⁊ aſpectū.⁊ qñ expiri voluerim⁹ qd opat̄ v̄t⁹ cuiuſlꝫ eaꝝ ꝑ ſe:expiemur hoc reſpcū ſol̄ ⁊ lūe:q2 iā ꝓ certo ſcim⁹ c⁹ ꝯplōnis ſūt iſti duo:qñ res ē q̄ viſibil̄r appꝫ.⁊ cū ꝺ vna ſciuerim⁹:poterim⁹ ſcire ꝺ alijs.hoc mō iſpiciēdo qñ ſecū ſe aſpicit vl̄ iūgit̄.ſi v̄t⁹ ſua creſcit vl̄ minuit̄ ſtudēdo i h̄ nō paꝝ ſꝫ m̄ltū.⁊ qñ hoc ſꝑ cū īſpexerim⁹ iueiem⁹ eē veꝝ:erim⁹ certi ꝺ eo qꝺ iuenerim⁹: ⁊ hēbim⁹ viā ad iueniēdū id qꝺ poſtea ſubſeq̄t̄.vbi grā:ſi inuenerim⁹ v̄tutē alic⁹ pl̄e q augeat i calore quē facit ſol:⁊ qui minuat ꝺ hūiditate quā facit luna:⁊ videbim⁹ ꝙ ipe pl̄a vl̄ ſtella:minuit ꝺ frigore ⁊ auget ꝺ ſiccitate:⁊ experiemur hoc multotiēs i ea:certi erim⁹ ꝙ ipe pl̄a vl̄ ſtella opāt̄ caloreꝫ et ſiccitatē.ꝑ hāc.n.viā iuenerūt ph̄yci v̄ittāē oīs ꝯmixtionis ⁊ medicīe i ꝯpatōe caloris hoīs nālis. Nūc āt dedit ꝓtho.expoſitōem directe volētib⁹ ſcire hāc ſciaꝫ:vt ſi voluerit accipe reglas libroꝝ h⁹ ſcie:ſic poſite ſūt i eis ꝑ ſapientes ātiq̄s:ꝑñt eas accipere.⁊ ſi hoc ꝑ ſe experiri voluerit poterūt ꝑ hāc viā Et poſtq̄ iſta ē ꝺmr̄o ꝙ h̄ſcia ē v̄a firmior eē non poſſet.

℄ Cū igit̄ ita ſe ſtellaꝝ op⁹ hꝫ:neceſſe ē vt qꝺ ſuis opāt motib⁹ ñ ſolū i māifeſtis appeat.veꝝ ēt i ꝓcipio ort⁹ ſeminū ⁊ fructuuꝫ vt forme eaꝝqꝫ modi ƀm aeris q̄litates i ipa hora deſignent̄.

℄ Et ē neccīuꝫ poſtq̄ hoc appet ꝺ opib⁹ iſtaꝝ reꝝ hoc mō qꝺ ñ opent̄ ſolūmō res iſtas ꝑ mot⁹ ſuos i reb⁹ q̄s videm⁹ ⁊ ſētim⁹ ſꝫ ēt opāt i oib⁹ reb⁹ viuētib⁹ ⁊ dātibus ſemē ⁊ fructū.ꝺ mō ꝙ generāt̄ ⁊ formant̄ ƀꝫ ſtatū aeris eas ꝯꝓhēdentis

qualiſcūq; manerie ſit hoc ⁊ quo tp̄e.

¶ Jam dederat nob̄ gn̄ale dcm̄ ptholemeus ꝙ id qđ opant̄ ſtelle opāt̄ i reb⁹ oib⁹ q̄ ſūt iter nos ꝑꝑ mutatione quā faciūt p̄mo i aere: qꝛ ꝑꝑ virtute ipaꝝ veniēte ab eis i aere opātur tā bn̄ ſic̄ i terra i aqs fūoſitatibus mineris vegetabilib⁹ ⁊ aialib⁹. nc̄ āt ꝑꝑ h̄ ſuū dcm̄ vl't facere nos re aliā itelligere ſpāliore ⁊ magis ꝓpā vl't. n. mr̄are nobis virtutē cuiuſl; p̄ncipij. Nā ꝑ p̄ma recipit p̄ ꝯplone aliquā ex ꝯmixtōe q̄ fit in aere ꝑꝑ mutatione ⁊ virtute ſtellaꝝ. ⁊ ſm̄ h̄ gn̄ant̄ ⁊ formātur. ⁊ ſuba d̄ q̄ fit illđ al' recipit virtutē ⁊ ꝯplone talem. Et māifeſtū ē ꝙ v̄tutes aīe ⁊ oīa ei⁹ opa ſequūt̄ ſēp ꝯplone corporis ſic̄ on̄dit p̄mit⁹ Ariſ. ⁊ poſtea ptholeme⁹ ⁊ h̄ ide; accidit i oibus alijs p̄ncipijs reꝝ oiu; q̄ p̄ncipiū hn̄t ⁊ ē ēt manifeſtū ꝙ cū illa v̄tute quā recipit res p̄nci° ſuo remanebit donec durabit: vn̄ poſtq̄ ita ē itelligim⁹ opa ſtellaꝝ eē i duob⁹ manerieb⁹. vna id qđ p̄ncipiū rei opat̄: Alia id qđ opat̄ poſt p̄nci^m: ⁊ id qđ recipit res i p̄nci° remanet ſecū donec durat. Sz id qđ accit ei p⁹ p̄n^m n̄ durat ei niſi aliq̄ tp̄e ⁊ poſtea d̄ſtruitur. Pee h̄. n. v̄ba ptbole. certitudinem natitatum ⁊ omnis p̄ncipij ꝓbat.

¶ Jnde ē ꝙ ꝑ plura expti ſūt agricl'tores ac pecorū cuſtodes: i hora coit⁹ aīaliū: ſeminūq; ꝓiectionis qđ ide futurū ſit ꝑ vētoꝝ flat⁹ d̄p̄hendunt.

¶ Et ſm̄ hoc laboratores ⁊ paſtores q magis q̄ alij iſpiciūt intelligūt hora q̄ maſculus iungit̄ cū femia ⁊ hora q̄ ſꝑgit̄ ſemē qđ accidet in hac gn̄atiōe per ventos hora ipa currentes.

¶ Ptboleme⁹ nō tenuit ſe cōtētū d̄mr̄ando nobis ꝑ argūmta id qđ mr̄auit ſolū mō. Sz h̄ voluit affirmare ⁊ certificar̄ ꝑ res q̄s ppl's nouit vt certi ſcim⁹ ⁊ itelligim⁹ vī magnā quā hn̄t p̄nci° reꝝ: qꝛ laboratores ⁊ paſtores q magis iſpiciūt ſicut moni⁹ q fecit librū vnū d̄ agricultura. iz. tractatuū mul tū bonū mirabile ⁊ valde ꝯpletū. Et ſil'r ſapiētes ātiq q fecerūt alios libros d̄ hac rōne tales q̄l' ē iſte. Jntelligūt ꝑꝑ ventos currētes hora q̄ maſculus iūgit̄ cū femia: ⁊ qn̄ plātāt vl' ſemināt qđ accidet huic gn̄oni. Qđ āt dic̄ d̄ vētis currētib⁹ dicit ꝑꝑ mutatione q̄ accit i aere ꝑꝑ v̄tute ſtellaꝝ. qꝛ vēti nō ſūt niſi ꝓpter fūoſitates q̄ fiūt i aere ⁊ ꝓpter motu; aeris: ⁊ hec duo nō fiūt niſi per v̄tutes ſtellaꝝ q̄ i aere ꝯmiſcētur.

¶ Gn̄al'r ēt cognoſcim⁹ ꝙ res vl'es q̄ ꝑ ſol' ⁊ lūe nec n̄ ſtellaꝝ figuras d̄clarāt̄. plane ſt̄ et aperte. H⁹ eteni artis exptores eoꝝ ꝓnoſticatiōes ſolis frequenter experimentis agnoſcunt.

¶ Et gn̄al'r videmus ꝙ res vl'es eas quas intelligim⁹ a ꝑticipatiōe ſolis ⁊ lune ac ſtellaꝝ i figuris ſt̄ māifeſte ml'tu; ⁊ appēt viſibil'r ita ꝙ eas pn̄t ſcire ⁊ intelligere ꝓpter pl'imas ꝓnoſticationes ml'ti q nihil ſciūt d̄ ſcia nec nā ſolūmō ꝑ iſpiciēdo in reb⁹ et ꝓpter expientiā quā alij habuerunt.

¶ Dicit ꝙ radices h⁹ ſcie ſt̄ adeo manifeſte ꝙ ppl'ares nihil ſciētes d̄ ſcia ſciūt ⁊ itelligūt eas iſpiciēdo ⁊ expiēdo eas. p; ex h̄ igr̄ q̄to magis ſcire d̄beāt ſapietes: q res nāles ſcire ſtudēt ſic̄ phi ⁊ phyſici.

¶ Jlli quoq; ſtellaꝝ effect⁹ q maximis virib⁹ accidūt: et qui nāl'r euenire ꝯſueuer̄t ab iperitis immo ēt et a quib⁹ aīaliū ꝓnoſticāt̄. Quāpl'ima nāq; aialia tēpoꝝ āni variatiōes vētoꝝq; mutatōes qui aulia vocāt̄ ſignificare videmus.

¶ Et opa q̄ veniūt a vi maiori ⁊ currūt ordiatiōe ꝑpetua ſciūt an̄q̄ accidāt neſcij ppl'ares. Et dico magis ꝙ hec itelligunt aialia multa qm̄ aialia ml'ta mr̄ant mutatiōe; tp̄u; āni et diuerſitatem ventoru; qui animales ſunt dicti.

¶ Jā dixerat nob̄ ꝙ vnuſqſq; ppl'aris q̄liſcūq; ſit p̄t ſcire h⁹ artis ⁊ ſcie rōnes aliquātulū iſpiciendo i eis. Ml'to igit̄ magis ſapiētes q ſciūt reꝝ nās nā ſtellaꝝ opa q̄to fortiora ſūt currētia ordiatiōe ꝑpetua ſic̄ vt⁹ ſol'. pn̄t bn̄ itelligere neſcij ppl'ares. Satis g̊ magis illi q expiri volūt ⁊ aliq̄tulū i reb⁹ iſpicere. ⁊ nō iſti ſolūmō h̄ itelligūt ſ; ēt aialia ml'ta ⁊ ea que mutāt ſe de vno loco i aliū ⁊ morāt̄ q̄lib; tp̄e loco certo ſic̄ grues. Sil'r aialia q̄ gn̄ant tp̄e ſcito ſicut turtures. Et aialia q̄ ꝑparāt victū ſuū vno tp̄e ꝓ alio: ſic̄ apes ⁊ formice h̄ totum docet nos ꝙ aialia ml'ta itelligūt ⁊ cognoſcūt mutationes tp̄u; āni q̄s fac̄ ſol. videm⁹ ēt ꝙ neſcij ppl'ares ⁊ ml'ta aialia muta itelligūt diuerſitatē curſus vētoꝝ q dci ſūt aiales: qꝛ hij vēti ſꝑ currūt i eſtate ex ꝑte ſeptētriōis ꝑ mediū diē: ⁊ ē cirti⁹ currēs qn̄; magis ⁊ qn̄; min⁹ ſ; ꝑticipatione quā hn̄t ſtelle cū ſole. h̄. n. itelligūt ml'ta aialia muta. ⁊ h̄ mō ſūt alij vēti q ſt̄ ꝓprij ꝓ q̄lib; tp̄e āni: qꝛ vnuſq̄q; eoꝝ currit ꝑꝑ vi; curſus ſol': ⁊ augm̄^m ⁊ d̄crem̄^m cuiuſl; eoꝝ n̄ fiūt niſi ꝑꝑ ꝑticipatione aliaꝝ ſtellaꝝ cū ſole: vn̄ n̄ itelligūt h̄ niſi ſciētes v̄tutes ſtellaꝝ hn̄tiū participatione i figura cū ſole.

¶ Qđ qꝛ haꝝ ſignificatiōu; occaſio frēquēti⁹ eſt ſol' ꝯtigere n̄ dubitam⁹. Ea vero q̄ miorib⁹ accidūt virib⁹ n̄ niſi a frequēter exptis ꝓnoſticāt̄: velut a nautis indiuidue mutatiōes hyemalis aeris et lōgioris temporis ventus.

¶ Rō ꝑꝑ quā vicit hec virt⁹ ē ſol': tn̄ opa vēiētia ꝑ aliā vi; miore iſta pn̄t ide ꝓnoſticatōes intelligere q̄ m̄te i eis appoſuerit et ml'toties expti fuerit ſic̄ marinarij q ſciūt ꝑticulares mot⁹ accidētes i aere hyemali et vētos currentes per curſus magis a longo tempore.

¶ Ptbolomeus gloſat nobis ꝑ hec verba dictu; quod ante dixit dicēs ꝙ ratio propter quā neſci⁹ populus ⁊ aialia muta itelligūt mutatiōes magnas cūtes ordinate ē vis magna ſol' vincēs i cōmixtiōe q̄ fit ꝓpter ꝯiūctōe; virtutū ſtellarū ⁊ ꝑꝑ hoc mutatiōes q̄ fiūt ꝑ aliā vi; minore illa ſolis nequeūt itelligere niſi q multotiēs ibi iſpexerit ⁊ expti fuerit lōgo tp̄e ſicut marinarij q ſciūt ꝑꝑ curſū ſtellaꝝ id qđ accidet i aere hiemali de augm̄° vel d̄crem̄° ipi⁹. Et ſil' id qđ accidet i vētis a longo tp̄e veniētib⁹: h̄. n. ſcire poteris a marinarijs cūtib⁹ ſuꝑ mare: ⁊ maxie ab illis q hn̄t vitam i mari idie.

¶ Hec āt ꝑ lune: fixaꝝq; ſtellaꝝ cum ſole figuras euenire manifeſtum eſt.

¶ Et hoc q̄n̄o eis cōtingit ꝑꝑ ꝑticipatione quam luna ⁊ ſtelle fixe hn̄t cum ſole in figura.

¶ Ul't dr̄e ꝙ mariarij ꝑꝑ expiētiā lōgi tp̄is ſciūt ꝙ mutationes ꝑticl'ares i aere accidētes fiūt oēs ꝑꝑ ꝑticipatione lūe ⁊ ſtellaꝝ fixaꝝ cū ſole i q̄lib; figura. Et qꝛ h̄ dcm̄ vl' v̄bū ſeq̄t̄ illa v̄ba ꝑdicta. Dicim⁹ ꝙ ſil'r laboratores faciūt ⁊ paſtores.

¶ At qꝛ ſtellaꝝ loca rerūq; p̄dictaꝝ horas ⁊ erraticaꝝ ſtellaꝝ mot⁹ q plurimū p̄factoꝝ iunāt ſcia; ignorauere multotiēs in hac ſcia decepti ſunt.

¶ Et qꝛ iſti nō hn̄t vi itellect⁹ ſic magnā ꝙ ſciant loca ſtellaꝝ: ⁊ tp̄a reꝝ q̄s dixim⁹ certificare: nec ſt̄ h⁹ expti ꝯplete: nec ꝑ ſēſū curſ⁹: nec ꝑ pl'aſ erraticoſ ꝙ ē reſ q̄ dat magnū auxiliū i ſciēdo reſ q̄ſ diximus: accit eiſ ⁊ errare ml'totiēs i reb⁹ iſtiſ ſciēdiſ

¶ Uult dicere ꝙ laboratores ⁊ paſtores marinarij ⁊ ceteri oēs qb⁹ expedit experirij res dixit qꝛ neſciūt curſū ſolis ⁊ lune ⁊ alioꝝ plāetaꝝ ⁊ ſtellaꝝ fixaꝝ: nec de figura nec de alijs manerieb⁹: nec experti fuerūt hoc multotiens vt debebant. nec ſciūt v̄tutes ⁊ opera plāctaꝝ erraticoꝝ: nec eoꝝ curſū q i operādo hn̄t vi; multū maiore q̄ ſtelle fixe accidit eos er-

rare multotiēs i ꝓnoſticationibꝰ q̄s ſcire debēt per ſtellas. Et ſi hoc ſciuiſſēt cōplete poſſēt ſcire res ꝑticulares debētes accidere i eis q̄ eos ſcire oportet.

¶ Qđ cū ita ſit: ſi qs oiū ſtellaꝝ ⁊ ſol' lūeqꝫ motꝰ notitiā habuerit: ita vt loca ⁊ horas: i qbꝰ eaꝝ figure formāt̄ veraciter agnoſcat: ſuaꝝqꝫ ēt naturaꝝ q̄s ꝑ mltoꝝ expimēta tēpoꝝ didicerit ñ obliuiſcat̄: lꝫ eaꝝ ſubſtātiales naturas neſciuerit: ſed quos opāt̄ effectꝰ agnouerit: vt ſolē calefacere: lunā hūectare ⁊ in ceteris ſilr̄ fueritqꝫ fortis ad hoc ſciēdū mō naturali: ⁊ i hoꝝ ꝯmixtiōe ſignificatiōis modū bona ꝺ̄phēderit extimatione.

¶ Et poſtq̄ꝫ ita ē q̄ res ꝓhibebit ei q nouit motū ſtellaꝝ oiū ⁊ ſol' ⁊ lūe ita q̄ nihil ſibi ꝺ̄ficiat i ſciēdo loca ⁊ tpa i qbꝰ eis figure accidūt: ⁊ nouit naturā cuiuſlꝫ eoꝝ ꝺ̄mrōne ſapiētū ātiquoꝝ q hᵒ lōgis tpibꝰ ⁊ mltotiēs ſt̄ expti. vnꝰ. ſ. poſt aliū quāq̄ꝫ neſciat nāꝫ ſubc: ſciat tñ virtutē lūe cū q̄ opat̄ ſic̄ nouit hō q̄ virtꝰ ſol' eſt calō et virtꝰ lūe hꝫ molliciē: ⁊ ꝥ mō ſciat virtutes aliaꝝ ſtellaꝝ ⁊ hēat poſſe ſciendi res iſtas ſꝫ nāꝫ: ⁊ p̄t ſciē ꝑ ſēſū bonū q habeat ꝓprietates reꝝ q̄ fiūt ꝑ ꝯmixtiōeꝫ totiꝰ iſtius: qm̄ oñdat res q̄ hn̄t ꝯtigere quolibet tpe.

¶ Res q̄ fuerūt expimētate ⁊ ſcite ꝓbatiōe ſūt quas alij experti fuerūt ꝓbauerūt ⁊ rectificauerūt ⁊ cōuenit q̄ eaꝝ expellemꝰ expiētiā ⁊ rectificationē ⁊ quas alij ñ fuerunt experti ꝑ ſe cōuenit nos dicere q̄ eas ſciuerūt ꝑ alioꝝ doctrinā. Et qꝛ vita hois ꝺ̄terminata ē i mō q̄ nō ſufficit ad ꝓbādum res oēs ꝑ ſe oportuit eū ſcire ea q̄ ante eū ceteri ꝓbauerūt de mrōne illoꝝ q ea expti fuerūt. Pro eo q̄ fructꝰ ⁊ ꝓficuū qđ inde pōt hr̄i nō tardet̄. Et qꝛ ꝓpoſitū hꝰ ſcie ē ſcire res q̄ future ſūt ꝑ opa ſtellaꝝ ſufficit hoiem ſcire v̄tutē q̄ opat̄ qlibet eaꝝ ⁊ opera q̄ fiūt ꝯmixtiōe figuraꝝ ſuaꝝ. Scire tamē cauſaꝝ ſubē nō eſt aſtrologi ſꝫ phīs de naturi ſcire volētis. Qđ āt dixit ptolomeꝰ ꝺ̄ illo q hꝫ poſſe ſciēdi res iſtas: ſꝫ nāꝫ vlt̄ dicere q̄ ille q p̄t ſcire ꝑ ſe vl' ꝑ alios ſꝫ v̄tutes nāles qbꝰ ſtelle ꝑpa ſua faciūt q̄ v̄tutes ſūt. 4. q̄litates q̄ fiūt i aere nos cōtinēte: ſ. calor. frigiditas. hūiditas. ⁊ ſiccitas. pōt oīa alia q̄ ſūt de iſta ſcia ſcire. Et tñ añ itelliges qñ gloſabimꝰ v̄ba q̄ dicet poſtq̄ꝫ hoc ita ē. Et q̄ dixit q̄ poterit ſcire ꝑ bonū ſenſuꝫ que hēat ꝓprietates reꝝ q̄ fiūt ꝑ ꝯmixtionē huiꝰ totiꝰ. vult dicere q̄ hō q ſcire poterit ꝑ ꝯplōes v̄tutes ſtellaꝝ pōt ſcire ꝑ ꝯmixtionem ꝯplonuꝫ v̄tutē q̄ venire pōt ab alijs: qꝛ v̄tutes ſue ꝯmiſcēt̄ ꝓpter figuras: ⁊ q ꝥ bene ſciūt nihil eſt qđ poſſꝫ eos diſturbare qn ſciāt ea q̄ hn̄t ſtelle q̄libꝫ tpe opari.

¶ Quid euꝫ. n. ꝓhibere poterit qn ita ſēp agn̄ſcat futuras aeris mutatiōes: vt eū nūc calidiorē: nūc hūidiorē fore p̄dicat. Poterit itē ꝑ aeris q̄litates oium hoium nāꝝ q̄litates ꝺ̄phēdere ſic vt corporis aicqꝫ q̄litates ita ⁊ ita euenire dignoſcat: ⁊ futura eaꝝ in certis horis accidēda ꝺ̄phēdat. Qui ēt cū aer āhiens corpoꝝqꝫ nā ſic ⁊ ſic ſe habuerit ſaluti corpoꝝqꝫ melior actioni conueniens eſſe ꝓnoſticabit. Cūqꝫ ꝯtrariū fuerit iudicabit ꝯtrariū.

¶ Pro ꝺ̄mrāndo ꝓprias mutiatōes aeris: ⁊ dicēdo q̄ erit calidior aut frigidior. Et poterit ſcire cuiuſlꝫ perſone ꝯplonē ꝓpriā a ſtatu aeris nos ꝯtiente. ⁊ ꝑꝑ hᵒ ſciet ſtatū cōpiſ ⁊ ſuoꝝ ſpirituū: et ſciet accñtia q̄ ſibi accidēt aliquibꝰ tpibꝰ. Et qñ aer qui noſ ꝯtiet fuerit alicuiꝰ manerici ⁊ ꝯplo corporis fuerit alicuiꝰ alteriꝰ erit tpratꝰ ⁊ adiuuabit ſalutē corporis ad ipꝫ igroſſādum. ⁊ ſi alteriꝰ manerici fuerit ñ erit hōi ꝯueniēs nec temperatꝰ.

¶ Uult dicere q̄ aſtrologꝰ ē hō q dicit v̄tutes figuraꝝ q̄ fiūt ꝑꝑ motū ſtellaꝝ ⁊ totū aliđ qđ de eo dicit: ⁊ hꝫ poſſe ſciēdi ⁊ mrandi mutatiōes ꝑticulares q̄ hn̄t accidere in aere. Amplꝰ hꝰ exēplū qꝛ dicet ꝥ vere futuro erit aer hūidior aut ſiccior eo qđ ſolet eē. Et idē dicit de q̄libet die q̄ tali die erit calidior aut frigidior aer de eo qđ cōuenit eidē tpi: ⁊ ꝓpter ꝥ ſcire poterit ſtatū cuiuſlibet ꝑſone de qua ꝯplexione fuerit: ⁊ quoꝝ moꝝ erit ⁊ q̄ facta faciet: qꝛ qñ ſciuerit v̄tutē cōplonis q̄ fiet i aere ꝑ ꝯiūctionē v̄tutū ſtellaꝝ hora q̄ corpus formatur ⁊ firmat̄ i ipo v̄tꝰ aeris hn̄ dꝫ ſcire ea que accidēt ipi corpori ꝺ̄ ſalute vl' ifirmitate ⁊ id quod accidet v̄tutibꝰ ſpirituū ipiꝰ corporis ac moribus ⁊ factis ſuis: qꝛ hec oīa ſequūt̄ ꝯplonē corpis ſicut expti ſūt ꝺ̄mratione recta phī nāles ⁊ phiſici. Itē ſcire poterit id qđ accidet cuilibꝫ hōi q̄libꝫ tpe. qꝛ qñ ſciuerit ꝯplonem alicꝰ hois ſeparati ⁊ ſciuerit res q̄ accidere hn̄t i aere ⁊ q̄ melāꝰ dñabit̄ i cerebro hꝰ hois tali tpe: ſciet q̄ mores ipiꝰ hois erūt illo tpe taleſ q̄les ſt̄ hois melācolici. Cōuenit. n. te hn̄ iſpicere i v̄bis pthōlemei q̄ dixit in ꝥ loco. dicit ipa hn̄ itelligas ſꝫ q̄ ea docemꝰ id facies de oibꝰ verbis q̄ dicet de mō q̄ itelligas ꝑ te aliqd.

¶ Ex p̄dictis igit̄ eoꝝqꝫ ſilibꝰ ad hoc opus nos ꝑuenire poſſe manifeſtum eſt.

¶ Per hec. n. q̄ diximꝰ ⁊ alia talia poterimꝰ ſcire q̄ hec ſcia ē res cū mō q̄ eā attigere poterimꝰ.

¶ Ualde bonū v̄bū dixit qñ dic̄ q̄ poterimꝰ i eū atigere qm̄ ꝑ viā q̄ ſcimꝰ alias ſcias q̄ ſūt ꝺ̄ nāis extracte ſic̄ medicia: ꝑ hāc eādē poſſumꝰ ſciam iſtā attigere: ⁊ hec ē via quā nos docuit. Hoc āt v̄buꝫ qđ dixit ē rñſio aliqbꝰ dicētibꝰ q̄ hec ſcia nō p̄t attigi ꝑ naturaꝫ ñec rectificationem: nec expiēdo res niſi ꝑ ſōnia: aut ꝑ viſiōes ſeu ꝓphias. Et ptholemeꝰ ꝑ ꝥ v̄ba ſic rñdet ⁊ dicit. bene p̄t eē verū qđ dicitis q̄ ꝑ ꝓphiaꝫ ſeu viſiōeꝫ pōt attigi hec ſcia. nos tñ poſſumꝰ eā attigere ꝑ viaꝫ nāꝝ ⁊ rectificaiōis ⁊ expiēdi res. Et ego dico q̄ ſi tu vis hn̄ itelligere hāc viam quā dixit ptholemꝰ iſpice i libro galiēi quē fec̄ ꝺ̄ opionibꝰ: ⁊ itelligas hn̄ id qđ dixit ꝺ̄ opiōibꝰ ſecte ⁊ expiētie. Hic. n. finit̄ q̄ꝫtū locutꝰ fuit ptholemꝰ i hac ſcia q̄ pōt attigi: ab hinc v̄o i antea loquet̄ i q̄ꝫtitate quā inde hō pōt attigere ꝓponēdo v̄ba q̄ huic ꝯueniūt rōni.

¶ Qui hāc ſciam culpādā ⁊ poſtponendā eē dixere lꝫ friuolas aliq̄s tñ occaſiōes habuerūt.

¶ Illi eū q eijciunt hāc ſciam dicentes q̄ non pōt attingi dāt rōnes ꝗ̄ nō ſūt recte.

¶ Poſtq̄ꝫ ptholemeꝰ mōſtrauit q̄ hec ſcia pōt attigi ⁊ docuit nos viā q̄ poſſumꝰ eā attigere. vlt̄ mō deſtruere dcā eoꝝ q dicūt q̄ nō ē res q̄ poſſit attigi i mō q̄ nulli ſupſit rō qua poſſit contradicere huic ſcie.

¶ Quarū pria ē eoꝝ magna deceptio q hāc auctitate nō attēdūt ſciam. cū eā iſpicere grādis ſit induſtria mltis modis. Iōqꝫ ꝯplures opiati ſūt fōtuitu cōtingere cum hec ſcia vera fuerit.

¶ Et nos ſcimꝰ hoc iſtis rōnibꝰ q̄s dicemꝰ. pria rō q̄ errauerunt i hoc ē q̄ ñ inſpexerunt i hac ſcia nec multi ſtuduerūt i ea ſic̄ ꝺ̄bebāt qm̄ ē grādis valde ⁊ multaꝝ viaꝝ ⁊ ꝑꝑ hoc crediderunt aliq q̄ res q̄s certificāt aſtrologi de hac arte caſu accidant ⁊ fortuna.

¶ Dicit ꝙ pͣ rō ꝓ quā aliq crediderīt ꝙ h ars ñ poſſit attigi: ē: qꝛ aliqui aſtrologi ñ īſpiciūt nec ſtudēt ī ea: ſicͭ ðberēt: ⁊ trāſeūt res q̄ ſūt ī hac arte: qð facere ñ ðberēt: qm̄ ē ars grā dis diuerſaꝝ ⁊ mltaꝝ viaꝝ. q̄re ꝯueīt ī ſciēdo eā: vt magnꝰ labor ⁊ ſtudiū hēat. Et qꝛ aliqbꝰ in ea non ſtudentibus vt debēt accidit erroribus mltis errare: illi q ſic errare vidēt eos: credunt ꝙ res quas certificāt aliquādo: accidāt fortuna: ⁊ nō recta nec firma huius artis radice.

¶ Hec āt hoꝝ occaſio incōueniēs ē. eo ꝙ hec ðceptio nō huius artis debilitate ſed inſpicientiū temeritate contingit.

¶ Hoc. n. ꝙ extimāt ñ ē veꝝ. ⁊ error quo errāt aliqui ī hac ſcia nō ē ex artis ðbilitate: ſꝫ eius qui ſe ītromittit de ea.

¶ Ptholemeꝰ ðſtruit rōnem illoꝝ cū h dcō dicēs: ꝙ error q accidit aliqbꝰ aſtrologis nō ē ex ðbilitate artis: ſꝫ ex pigritia ⁊ negligētia aliquoꝝ q ſe ītromittūt ð ea. Et poſtq̄ eſt ita: māifeſtū ē ꝙ ea q̄ certificāt de hac arte nō eueniūt caſu: ſꝫ ꝑ radices vās ⁊ certas reglās firmas: ſicͭ añ mōſtrauit.

¶ Occaſio vero ſcða ē hec: ſunt q̄ꝫplimi qui vt multa lucrifacerent: alterius doctrine ꝓnoſticatōeꝫ hñtes: cā huic aſcripſere ſcie: a qbus mlti ð cepti ad hāc ipellebāt opinionē: vt vi huius ſcie mlta p̄dicerēt: ita vt in opinādo eius nature modum excederent.

¶ Alia vero rō ē. qꝛ multi vt aliquid lucrent. accipiūt ꝓnoſticatōes ab alia pte dicētes ſe ſcire ꝓnoſticatōes ipas ꝑ hāc ſciaꝫ. ⁊ ponūt ī ſophyſticatōeꝫ ppl'ꝫ ⁊ errorē. faciūt eos credere ꝙ ſciūt res futuras ⁊ mltas ⁊ miraclōſas. ī tm̄ ꝙ trāſeūt ad loq̄ndū ð rebꝰ q̄ ñ ſūt ð nā ꝙ hō poſſit eas ſcire.

¶ Hec ē rō q̄ mlti credūt ꝙ h ſcia ñ pt attigi: ita ꝙ īneīmꝰ aldeas ne dū ciuitates plēas hoībꝰ q fingūt ſe ſcire artem aſtronomie: ⁊ mltum ſūt elōgati ab ea: ⁊ ponūt ī ſophyſticatōeꝫ ppl'ꝫ ⁊ errorē: faciētes eos credere ꝙ ſciunt res mltas miraclōſas ex his q̄ futura ſūt: ⁊ ſūt ītm̄ audaces ꝙ loquūtur ð rebꝰ q̄ ñ ſūt ð nā ꝙ eas poſſit hūanꝰ attingē ītellectꝰ: Et volo tibi dare exēplū de vno ex iſtis talibꝰ quē ego vidi. Ueīt ad nos qdā q magnū phꝫ ſe tenebat: ⁊ dixit nob rōes magnas: miror ð vob quo eſtiatis de ore ꝙ cor leonis ꝑueīt ad. 15. grað leonis: ⁊ ñ exit ignis ð leone q totū mundū cōburat. Ego vͦo tc̄ cū ipꝫ audiui riſi de eo. tñ alij q ibi ſtabāt dixerūt: ꝯueīt vt ñ cures mltū de dicēdo talia vba. Et qd vr̄ tibi qñ ðſcēdit loq̄ndo ð natiuitatibꝰ eoꝝ q faciūt cronicas. qꝛ dixit ꝙ mercuriꝰ erat ī natiuitatibꝰ hoꝝ ī gradibꝰ q dci ſūt putei. ⁊ ꝓ h ðm̄rat ꝙ aliqð dānū erit ī intellectu. ⁊ h ē maior neſcietas q̄ pt eē mltis rōnibꝰ. vna: qꝛ gradꝰ putei ſūt res ðbilior q̄ eē poſſꝫ. Scða qꝛ ſciaꝫ ſuā pōit ī malā famā ⁊ ītromittētes de ea. Tertia ſi bñ veꝝ eēt id qð dixit poſſꝫ mercuriꝰ illð īfortūiuꝫ ꝑdē aſpcū alioꝝ planetaꝝ. ⁊ ego vellē ſcire vñ h didicͭ ⁊ accepit: aut quō potuit hr̄e ð h expiētiā ſiñ alijs q añ eū fuerūt. H. n. dictū aſſilat ꝙ ſit vnum fātaſma ex his q̄ cognoſcimꝰ ī alijs dcīs ſuis qꝛ forte iuenit mercuriū ī natiuitate ſua vl' alteriꝰ ī gradu puteo īformatū. Scimus. n. ꝙ albumaſar anteq̄ aſtronomiā legeret erat vnus ex illis q cronicas faciebāt. talē ſicͭ repimꝰ ī ſcripturis: ⁊ ꝓ hoc credidit ꝙ oēs alij q cronicas faciebāt talē hēbāt ſēſū q̄lē ipe. Et quō poſſꝫ h eē veꝝ ꝙ faciētes cronicas hr̄e debeāt itellectꝰ defectū: qꝛ iā iuenimꝰ mltos eoꝝ boni ſēſus ⁊ ītellectꝰ ⁊ ab eis accepimꝰ doctrinas certas eoꝝ q trāſiuerūt. Et vidi vnū ſcientē aliqd de ſcia aſtronomie q venit ad me vna die dicens mihi. ꝙ audiuit vnū dicētē q ſe mltū ð hac ſcia p̄ſciebat reſ quā nll's ð mūdo ſcire poſſꝫ. Dixit. n. mihi hō iſte. quō pōt qs ſcire qñ mars ītrat domū ſcðaꝫ natiuitatis alicuiꝰ ꝙ ei furata erūt ꝓpa veſtimēta eiꝰ ſua ⁊ ñ alij pāni: nec alið auere .i. cēſus: cui ego dixi ꝙ h ē res quā hō ſic ſepate ſcire ñ poſſꝫ ꝑ hāc artē: dixit mihi poſtea. ſocu nr̄i figūt ſe ſcire talē rē cū magno mēdacio. vñ ꝓ his talibꝰ aliq crediderūt ꝙ h ſcia attigi ñ pt: ⁊ eā ꝓpterea eiecerūt. Et tu itelliges ꝙ mlti ꝓ hāc rōeꝫ eiecerūt eā qñ leges fabl'as libroꝝ quos fecerūt tales q̄les iſti ꝓ ofanas. i. faſtꝰ: ⁊ vt ſe ſapiētes oſidāt. q nos ipedierūt cū vbis mltis ⁊ diſturbauerīt ad vitatē ſciēdā. Dico. n. ꝙ qñ viā multū ⁊ ꝑ mltos inuenio ipeditā ð illa me exonero nec volo me trahere ad ipaꝫ: ⁊ oīo ꝯſulo tibi vt tuā ſuſtineas volūtatē: nec velis laborare ī illis ſuis libris: nec ītromittere te de ipis: ſꝫ applices mētē ⁊ ſtudiū ī viaꝫ ſolūmō ptholemei: qm̄ ē via recta ⁊ certa ⁊ res certificata ꝓbatōe argumētoꝝ ⁊ experiētia vera: ita ꝙ nullū dubiū ē ī ea.

¶ Quapropter hoc eoꝝ opus: multoꝝ fuit occaſio vt non ſolū qð ex ea neſciri pōt: veꝝ etiaꝫ qð ſcibile eſt vilipenderent.

¶ Et ꝓ hec q̄ faciūt inuenerūt eoꝝ aliqui rōneꝫ qua poſſent itelligere res huius ſciētie: q̄ ſūt ī natura: ꝙ hō poſſit eas ſcire ſine ſtudēdo in eis: ⁊ ð iecerūt eas ſicut deiecerunt res ipſas vanas extimando ꝙ omnes ſunt vane.

¶ Dicit ꝙ talia fcā q̄lia fecerūt illi quos añ diximꝰ: fecerūt ſtudētes: q aliqd ſcire poterāt: eycē hāc ſciaꝫ. mltū q̊ magis illos q ð ſtudēdo ī eo volūtatē ñ hñt extiantibꝰ ipis: ꝙ qcqd dcm̄ ē ī hac arte ſit totū de manerie fātaſmatū: quos illi dixerūt. Et ego vidi aliquos ſtudētes q aliqd ſcire poterāt: qbus hoc ꝯtigit. vidi. n. ex illis q ſtudebāt ī libris miliarioꝝ ⁊ cētenarioꝝ ⁊ decēnariorum. ⁊ credebāt certū ⁊ verum eſſe quicqd locutus fuit ibi albumaſar: ⁊ ſimiles. et voluerunt hoc expiri ī rebꝰ p̄teritis: ⁊ ibi nullā certitudinē iuenerūt. ⁊ ego dixi. magnū miꝝ ē ð vob: q dimittis īſpicere motꝰ ſtellaꝝ ⁊ ꝯ̊nes magnas: ⁊ vultis ſcire ea q̄ futura ſūt ꝑ nūeꝝ annoꝝ. qꝛ ſi hoc veꝝ eēt: ars aſtronoͨ: ⁊ ea q̄ ꝑ ſtellas ſcire poſſumꝰ: de eo qð futuꝝ ē: nihil eēt. Credo ꝓ certo. n. ꝙ talia q̄lia ſūt iſta: ſūt extra regulā hꝰ artis q̄ aliq extraxerūt vt ponerēt alios ī errorē. ⁊ vt ſibi laudē attribuerēt ð re ī q̄ vitas ñ ē. nā h oīa ſūt res: ð qbꝰ volūtatē hñt q eas audiūt. ſicͭ ð fabulis. q̄ nūq̄ fuerūt: ⁊ credūt ꝙ ſit magnū qd. Et ð ſophyſticis q dn̄t rōnes q̄ ſic eē appēt. ⁊ qñ hō eas exqrit ī rectitudine ⁊ vitate: mēdaces iuenit eas oēs. ⁊ crediderūt eiuſdē manerie eē qcqd dictū ē ð hac arte. ⁊ ſi iſti q tales res nouas locuti fuerūt nō extraxerūt eas: ſꝫ crediderūt ꝙ eēnt ve: neſcietas maior ē: q cōpilarūt ide libros: ⁊ ipleuerūt mēdacijs ꝑgamenos: cognoſcēdo qualiter in mendacijs ⁊ vanitatibus expendebant tempus ſuū.

¶ Hec itē occaſio velut ⁊ prima inconueniēs ē. Non. n. propter ſtultorum ignauiam vilipendenda eſt philoſophia.

¶ Et ꝓpter hoc nō ē rectū eijcere philoſophiam ⁊ eā dimittere ꝓ maliciam aliquorum: qui eaꝫ fingunt ſe ſcire.

¶ Dicit ꝙ hoc qð extimāt aliq: ꝙ qcqd dictuꝫ ē ī hac ſcia eſt vniꝰ maneriei. nō ē rectū nec ꝯuenit eē. qm̄ ī hac q bñ ī ea īſpexerit: ꝓut dꝫ nō iueniet defectū aliquē. ſꝫ ē defectꝰ ī illis q ſe fingūt ð ea. ⁊ ponūt res ibi q̄ ñ ſūt ð ipa: nec ad ipaꝫ ptinēt. qꝛ ſicͭ ñ ꝯuenit vt phia ſit ðpciata nec eiecta: malicia aliquorū: q ſe fingūt ð ea. ſil'r nō ꝯuenit vt hec deprecietur: nec eijciatur eadeꝫ ratione.

¶ Planū ē ēt ſciaꝝ ſcrutatores bonos ⁊ accuratos q̄nq̄ꝫ nō ꝓpter p̄dictas occaſiōes decipi. ſed ꝓpter eiuſdē rei naturā ſuāq̄ꝫ debilitatē. qm̄ rem

huic ſcie debitaꝫ attingere nequeunt.

Ꝙ2 maifeſtū ē ꝙ hō q̄ꝫ ſtudeat i ſciētijs quadriuialibus cū volūtate magna: recte ⁊ toto poſſe ſuo: accidet ſibi error i multis: nō ꝓpter tales rōnes quales diximꝰ: ſꝫ ꝓpter naturā illiꝰ rei i q̄ ſtudet q̄ ē magna i ſe: ⁊ multū ꝓpter debilitateꝫ hominis intellectus: q oia q̄ ſūt i illa ſcia nequit attingere pro eo ꝙ eſt grandis valde.

quottidiane vomere fortiter ⁊ ptiſica.

¶ Infirmitates ſiccas faciet mercuri⁹: eo ꝙ ẽ ſicce nãe ⁊ fa
ciet ifirmitates acutas: q̃ ẽ feſtini mot⁹. Et poſtq̃ ptho. di
xit ꝙ mercuri⁹ facit opa ſtellarũ cũ qb⁹ iuoluit᷑: et partiuꝫ
ſigṅ i qb⁹ ẽ: ita ꝙ ſi fuerit i dignitate alic⁹ pl'te: cõplexio
ſua reducet᷑ ad ꝯplõnẽ illius pl'te: ſiue ſit dñs termini: ſiue
dom⁹: aut exaltatiõis vel trigoni. nihilomin⁹ ãt nobis di
xit: ꝙ oĩa opa ſua ſũt opa ifortunata. ⁊ hoc ẽ ꝙ due ſue do
mus: ſũt i trino duaꝝ domorũ martis. Et ꝓpter hoc expe
dit ꝙ natura mercurij tẽdat ad nãm ſaturni ⁊ martis: ⁊ tẽ
dit parũ ad nãm veneris: et ẽ ꝯtria nature iouis: q̃ domus
ſue oppoſite ſũt domib⁹ iouis. tñ q̃ due dom⁹ mercurij ſt
i trino duaꝝ domoꝝ veneris: nihilomin⁹ caſus ei⁹ ẽ i exal
tatione veneris: ꝯuenit ꝙ aſſimilet᷑ paꝝ nãe veneris ⁊ elõ
gabit᷑ ab ea: q̃tũ elõgata ẽ nã ſui a natura ei⁹: et q̃tũ ẽ elõ
gata exaltatio a caſu. Poſtea ꝯuenit ꝙ oẽs res iſtas quas
mercuri⁹ ſolus qñ fuerit dñs ſignificatõis faciat iſta mala
ſine eo ꝙ ſit cũ alia cã cõmixt⁹. et ſi cõmiſcebit᷑ cũ fortũis
faciet fcã q̃ ipe faciũt: ſꝫ nõ adeo ꝯpleta qñ commiſcebit᷑ i
fortunis: faciet valde maiora mala ⁊ dãna q̃ ipe faciãt. ex
pedit enim vt hec omnia de facto mercurij ẜm ꝙ ea ptho
lemeus expreſſit in memoria tua ponas.

¶ Diuinatõis officij diuini ⁊ eoꝝ q̃ futura ſunt i
hereditatib⁹ domoꝝ orõnis: variatõis moꝝ ⁊ le
gũ qñq̃ ẜꝫ ipius cõmixtionẽ cuꝫ ceteris ſtellis.

¶ Diuinatões aũt ſeruitiũ dei: ⁊ ea q̃ ꝯtigũt i ſã
ctuarijs: mutatio moꝝ ⁊ legũ aliqb⁹ tpibus ſunt
ſcdꝫ cõmixtionem ſuã cum q̃libet ſtellaꝝ.

¶ In accidentib⁹ ſanctuarioꝝ et morũ: legũ: q̃ ſũt ſuitium
dei: et i morib⁹ vſitatis cuiuſlibet ciuitatis: erit fortitudo
mali: et corruptõis vno tpe magis q̃ alio: qñ mercuri⁹ fue
rit gubernator: ẜm ꝙ planete cũ qb⁹ ꝯmiſcebit᷑ ifortune fu
erint vl' fortune. Et ſi fuerit cũ fortunis: dãnũ erit minus.
et ſi cum infortunis multo magis.

¶ Quapropter q̃ ſicca ẽ eius cõplexio: feſtiniq̃
mot⁹ pp ſolis ꝓpinqtatẽ ⁊ qm̃ ei⁹ frequẽtes ſũt
retrogradatões i ſua circũuolubilitate turbatos
⁊ repẽtinos feſtineq̃ variatiõis i acre vẽtos ex
citat: nec nõ tonitrua: fulgura aptiões terre: ter
remotus ac corruſcatões ⁊ forſan pp hec q̃ pdi
cta ſunt: detrimenta i aĩalibus ⁊ vegetabilibus
qbus nimis vtuntur hoies euenient.

¶ Et q̃ ẽ ſicce cõplexiõis ⁊ motus feſtini eo ꝙ
ſp vadit circa ſolẽ ⁊ retrogradat᷑ ſepius ſuo cur
ſu. opat᷑ i acre ꝓprie ventos turbinoſos ⁊ feſti
nos. ⁊ mutantur de leui ⁊ facit tonitrua: corru
ſcatiões: terremotus: ⁊ relãpagos ꝑ qbus acci
det aliquãdo magnũ dãnũ in aĩalibus ⁊ in plan
tis de qbus hoies ſe iuuant.

¶ Iã demrãui i pma pte ꝙ cõplexio mercurij dſiccat ⁊ hu
mectat vna manerie ꝙ tãtũ facit ſiccitatis q̃tũ humidita
tis. et dixit in hoc loco ꝙ ẽ ſicc⁹. tñ dedit ſtati rõnẽ ⁊ dixit
ꝓpter qd: q̃uis faciat hũiditatẽ i maiori pte tpis pticipati
onis quã ſemp hꝫ cũ ſole ⁊ p feſtinũ motũ. ⁊ q̃ ſepi⁹ reuer
tit᷑ ad ſolẽ: vicit i eo ſiccitas ⁊ opat᷑ i aere ẜm ꝙ opant᷑ ifor
tune qñ cõmiſcẽt᷑ cũ nã ſolis. qm̃ de hac ꝯmixtiõe fiũt fu
mi ſicci: de qbus fiũt vẽti trauaioſi: ſicut dixit: ita ꝙ peunt
naues: dãnãt᷑ plãte terre: ⁊ fiũt ĩde tonitrua: relãpagi: ⁊ cor
ruſcatões: ſicut fiunt p ſiccitatẽ martis. Et q̃ mercuri⁹ ge
nerat fumos ſiccos: ⁊ trahit eos d fũdo terre: expedit ꝙ ac
cidãt p eos terre motus: ꝑ qbus multa loca ſubmergent᷑.
⁊ res iſtas ſeq̃t᷑ corruptio planetaꝝ: arborũ: et aĩaliũ de qb⁹
ꝑficiũt᷑ hoies: et augmẽtuꝫ plantarũ ⁊ aĩalium nocẽtium
hominibus ſicut mars facit.

¶ Diminutiões aq̃ꝝ ⁊ fluminũ i horis occaſus
ei⁹ euenient: i horis aũt ſui ortus augmẽtabũtur.

¶ Et qñ abſcõditur opatur minutionẽ magnã i
aquis ⁊ riuis. ⁊ qñ apparet auget in illis.

¶ Hore qb⁹ abſcõditur ſũt qñ itrat ſub radijs ſol. nã illo tẽ
pore facit ſiccitatẽ magnã: q̃ creſcũt fumi ſicci: ⁊ fumoſita
tes hũide minuũt᷑. et pp h̃ minuũt᷑ aq̃ ⁊ riui. et tps qñ aſcẽ
dit ẽ qñ exit de ſub radijs ſolis. et hoc tpe ſolo facit hũidi
tatẽ: q̃ creſcit fumoſitas hũida: et minuit᷑ fum⁹ ſiccus. q̃re
hñt creſcere aq̃ ⁊ riui. hic. n. dabit tibi ptho. loca i qb⁹ facit
mercuri⁹ ſiccitatẽ. et ſũt qñ ẽ i dignitatib⁹ pl'tarũ ſiccoruꝫ.
⁊ qñ aſpicit ſe cũ eis: ⁊ qñ itrat ſub radijs ſolis. et loca qb⁹
facit hũiditatẽ ſũt qñ ẽ i dignitatib⁹ planetarum humido
rum: et quando aſpicit ſe cuꝫ eis: et quando exit de ſub ra
dijs ſolis. expedit enim vt hoc bene intelligas.

¶ Unuſq̃ſq̃ igitur planetaꝝ: cum in ſuo natura
li eſſe ſibi ꝓprie fuerit operabitur.

¶ Et q̃libet hoꝝ planetaꝝ qñ fuerit i ſuo ſtatu q
eſt ſibi ꝓprius opatur res tales q̃les iſte ſunt.

¶ Quilibet planetarũ qñ ſignificator fuerit ⁊ nõ cõmiſcebi
tur cũ re alia virtus ſtabit i ſuo ſtatu cũ opibus ſuis ꝓprijs
⁊ ſũt hec opa que dixit ptholemeus vſq̃ hic. tamẽ qñ mu
tabitur v'tus ſua pp rẽ aliã aut ꝑ re q̃ hꝫ ſecũ pticipatiõem
in dñio aut i cõplexiõe mutabũtur ſua opa qñq̃ ad magis
qñqꝫ ad minus ẜm v'tutẽ aliorũ q cõmiſcẽtur ei. v'bi gratia
quando ſaturnus ⁊ mars dñabũtur i gubernatiõe mũdi
aut ꝙ vnus eorũ ſit gubernator ⁊ aſpiciat ſe cũ alio: dmõ

ſtrat ex hoc lites et guerras hominū extraneorū: captiuita
tes ⁊ res fortes magnas valde ſm qđ aſpectus fuerit: ita
ꝙ ſi fuerit de trino vel ſextili erūt paces ꝓpter magnuȝ
metum enſis ita ꝙ vnus obediet alij propter metū inter
fectiōis ⁊ captiuitates: ⁊ talium. Et ſi aſpectus fuerit đ.4.
ſignificabit fortitudinē magnā litiū et prelioꝝ et guerraꝝ
q̄ multū durabūt: ⁊ multotiēs redibūt. Et ſi ſaturnꝰ ⁊ iup
piter fuerit gubernatores: vl̓ ꝙ vnꝰ ſit gubernator ⁊ aſpici
at aliū: ſignificat ꝙ minueť magnū dānū ſaturni: vl̓ minu
etur bonū iouis. et hoc erit ſm aſpectū ꝗ fuerit. et hoc mō
dicemꝰ itelligēdū eē đ oībus alijs: et tu intelligere poteris
quando bñ ſtudueris: et intelliges rationes huius libri: ꝓ
pter qđ expedit vt apponas bene mentem in eo.

¶ Cū v̾o ad iuicē commiſcebunť ſm figurаruȝ
ſocietatē ⁊ ſignoꝝ differētiā eorūq; apparitionē
reſpectu ſolis: ⁊ añ hoc ſm operū cōmixtionē
erit eoꝝ opꝰ proprīū ex differētibꝰ ſpēbꝰ ſm hoc
⁊ ex nāis q̄ ſuis naturis aſſociabūť ꝯmiſcebiť.

¶ Et qñ planete cōmiſcebūtur ⁊ ſtelle vna. ſ. cū
alia ſm ꝑticipationē figuraꝝ ⁊ diuerſitatē ſigno
rū ⁊ ſ; apparitionē quā habēt i cōꝑatiōe ſui ad
ſolē ⁊ añ hoc ꝯmixtionē quā habebūt i oꝑibus
ꝑ talia qualia hec ſūt: erūt ſua oꝑa diuerſaꝝ ma-
nerierū ſm illđ ⁊ erit ꝯmixtꝰ natura que cuȝ ſua
natura participationem habebit.

¶ Qñ venus planeta fuerit gubernator. ⁊ cōmiſcebiť cuȝ
ſua virtute aliqua alia v̾tus aliquo aſpectu ex. 4. figuris
quas diximus ſine virtute graduū ſignoꝝ aut ꝓpter cōꝑa
tionē quā habet ad ſolē ex tali cōmixtiōe cōuenit oībꝰ mo
dis qđ ſit i oꝑe ſuo diuerſitas magna valde qꝛ ſemꝑ hēbit
eſſe ſm aliā nām que cōmiſceť cū eo: expedit eni vt verba
itelligas ptholemei de verbo ad verbū: nā id ꝙ dixit ſm
ꝑticipatiōes ad figuras vult dicere ſecūdū aſpectū pl̓torū
. ſ. vnius cū alio ⁊ id qđ dixit ſm diuerſitatē ſignoꝝ. vult di
cere ſm ꝙ aliqui fuerint in dignitate alioꝝ ⁊ ſm ꝙ fuerit
i angulis aut i ſequētibꝰ angulos ſiue i cadētibus ab angu
lis. et id ꝙ dixit ſm apparitionē ſuā q̄ erit i cōꝑatiōe ſolis
dixit vt ſint orientales ſiue occidētales ſiue apparētes ſiue
abſconditi: aut directi vel retrogradi aut i ſuis veſꝑtinis
figuris. Aliud vero totū qđ ptho. dixit demōſtratum eſt.

¶ Quaꝑꝑ cū enarratio ꝓprij oꝑis qđ ex vnaq̄
q; ſpē cōmixtionis fuerit ſit iexplicabilis ⁊ eē nō
poſſit: ⁊ cū iſtorū oīum enarratio gñal̓r i q̄libet
figuraꝝ accidētiū mlt̓is mōis poſſit đp̄hēdi: hec
ſpēs auditōibꝰ reliq̄ť: oȝ vt q̄ i ea ſunt particula
ria inquirant ⁊ obſeruent.

¶ Et qꝛ declarare oꝑa cuiuſl; maneriei cōmi-
xtionū ifinitas eſt ē ⁊ ipoſ̓is. Et gñal̓r hoc totū in
qua figura contingat res ē q̄ ꝑt itelligi multis
modis: Cōuenit ꝑ hec que diximꝰ demōſtrare
hāc manerię diſcipulo volēti diſcere: ita ꝙ ipſe-
met ꝑq̄ret ⁊ exq̄ret has res ꝑticl̓ares q̄ ſť i eo.

¶ Qꝛ cōmixtiōes pl̓taꝝ: vniꝰ. ſ. cū alio: ⁊ cū gradibꝰ ſigno-
rū: ⁊ ad ꝯꝑatōnē ſolis ſunt res ifinite. ⁊ ſil̓r exponere mām
cuiuſl; cōmixtiōis ex iſtis ꝯpoſitis. ꝓpter hoc nō poterūt
poni i libro. Et poſtq̄ȝ ita eſt nō ꝯuenit vt a ptholemeo pe-
tamꝰ ꝙ nobis declaret oꝑa cōmixtionū cuiuſl; ꝯpoſitoꝝ
qꝛ manifeſtū eſt ꝙ qñ ſciemꝰ nās ſimplices ⁊ itelligemꝰ bñ
regulas qbꝰ poterimus ſcire quō vna cū alia ꝯponiť: bene
poterimꝰ ſcire cōmixtiōes cōpoſitas ꝑ regulas ipas. Et eſt
manifeſtū ꝙ oꝑa cōmixtiōis cōpoſite: hec eadē ſūt oꝑa cō
plexionū ſimpliciū vñ ꝯpoſita fuit cōplexio ꝯpoſita. ⁊ oꝑa
ſil̓r erunt compoſita: vnū cū alio. Et per eaſdem regulas
poſſunt fieri opera ꝯpl̓onis compoſite. et poſtquam ita eſt
et ptholomeus docuit nos omnes has regulas conuenit
volēti adiſcere ꝙ ꝑq̄rat ꝯpl̓onē ꝯpoſitā ꝑ regulas ipſas: ita
ꝙ ꝑ eas itelligat oꝑa illiꝰ ꝯpl̓onis i qualibet re. Et aliq̄ vo
lūt notificare ꝯpl̓ones ꝯpoſitas: ⁊ viā rectā ñ fuerūt ſecuti.
ꝯuenit. n. tibi vt bñ vtaris regulis oībus q̄s ptbole. expſſit.
qm̄ te ponēt i viā ſciēdi quālib; rē quā petes. ⁊ nos ibi exē
pla mlt̓a i gloſa nr̄a poſuimꝰ: ⁊ tibi ſcripſimus hꝰ artis ſecre
ta: ⁊ nō remāſit res aliq̄ q̄ tibi necia ſit: niſi tuus itellectus
cōuenit igr̄ vt ad illū redeas. ⁊ ſi ꝑueneris ad id qđ petis ē
bonū valde. ⁊ ſi nō: ſcias ꝙ tuus itellectꝰ tibi nō ſuffic̄ neq;
cōplet: ⁊ tūc debes teipm̄ redarguere: qꝛ ꝑ aliđ nō remanet
niſi ꝑ te ꝗ vis ſtare vagabūdus ⁊ nō ſtudere in his: aut qꝛ
eras alijs multis negocijs occupatꝰ: vel qꝛ cerebrū tuū nō
eſt ꝯpl̓onis bone: ⁊ itellectꝰ tuus ē lōge ab eo. ⁊ quando ſic
fuerit remoue te a ſciētia huius artis.

¶ Has v̾o ſil̓itudiēs ſtellaꝝ ꝑ q̄s futura ꝯtigēt
cū regiōibus ⁊ terris i qbꝰ q̄ futura ſūt euēire ſi-
gnificāt obſ̓uare đbemꝰ hoc mō. Cū igiť erunt
fortūe ⁊ locis i qbꝰ futura cōtigēt aſſil̓abūť ⁊ ſtel
le q̄ ſūt ex haiȝ eaꝝ haiȝ cōtraria ſuꝑ eas ñ eleua-
būť erit ꝓpriū opꝰ nārū ſuaꝝ maioris valitudis
ſicuti cū ipis locis nō aſſimilabūtur: ⁊ ſtelle que
ſunt ipſis ꝯtrarie ſuꝑ eas eleuabūtur: minor erit
eaꝝ valitudo. Cū āt eaꝝ ꝯplexio nociua fuerit ⁊
futuri oꝑi dñabūtur: ſi locis i qbꝰ futura cōtigēt
aſſil̓antur: ⁊ ſtelle q̄ ſūt ex haiȝ ꝯtraria eaꝝ haiȝ
ſuꝑ eas eleuabūtur: earū nocumētū alleuiabūt.
Qꝛ ſi nō earū fuerit ipaꝝ regionū diſpoſitio: nec
ſuꝑ eas eleuabūť ſtelle q̄ regiōibꝰ eiſdē aſſil̓anť
earū nociue ꝯplexiōis opꝰ i ipis magis euēiet.

¶ Et cōuenit vt iſpicias cōcordātiā pl̓taꝝ qbꝰ cō
tingit accñs cū regiōibꝰ ⁊ ciuitatibꝰ ſignificāt id
qđ accidere debet: ita ꝙ ſi fuerit fortune ⁊ ꝯcor-
dauerit cū ipſis locis i qbꝰ cōtingit accidēs ⁊ ñ
eleuabunť ſuꝑ eos pl̓te ſibi cōtrarij: erit opꝰ ſuū
ꝑfectuoſū magis: Sil̓r ſi ñ ꝯcordauerit cū locis
ipis ⁊ eleuabūť ſuꝑ eos pl̓te cōtrarij erit ꝓficuū
ſuū miꝰ. Et ſi fuerit đ cōpl̓ōe nociua: ⁊ dñi oꝑe
ris accñtis. ſ. cōcordauerit cū locis accidētis et
eleuabūť pl̓te cōtrarij ſuper eos dānū paucum
erit. Et ſi nō fuerint gubernatores regionuȝ ip
ſaruȝ: ⁊ non eleuabunť ſuꝑ eos pl̓te cōcordan
tes cum regionibꝰ erit opꝰ dāni maius.

¶ Hec ē regula bona valde: ⁊ conuenit ꝙ ſꝑ eā teneas i me
moria tua paratā ⁊ i tuo itellectu. qm̄ accidet ꝙ aliq̄ regio-
nes ꝯcordabūt cū aliquo pl̓ta. Et gubernabit opꝰ aliq̊ tꝑe
alter pl̓ta: vel erit hic idē oꝑis gubernator: tñ eleuabiť ſuꝑ
eo alter pl̓ta cōcordās cū eius ꝯpl̓one: vl̓ ꝗ ſit eius đñꝰ. Et
ptbole. loqͭ de hac eleuatōe diuerſis maneriebus. vna vt
planeta ſit i aliq̄ dignitate alteriꝰ. ⁊ qñ dñs dignitatꝭ appli
cuerit ei ꝗ ibi ē: dicemꝰ ꝙ eleuatꝰ ē ſuꝑ eū. Alia ē ꝙ ſit vnꝰ
pl̓ta debilior alio. ⁊ ꝗ maioris v̾tutis eſt: eleuať ſuꝑ eū ꝗ de
bilior ē. Tertia maneries ē ꝙ ſit vnꝰ pl̓ta i. io. ſigno ab alio.
⁊ dicemꝰ ꝙ ꝗ ē i. io. ſigno ſuꝑ aliū eleuať. Sil̓r pl̓ta fortuna

nūq̄ꝫ facit dānū i aliq̄ regiōe ꝯcordata cū eo. nec plr̄a ifortuna facit magnū dānū i regiōibꝰ cū qbus cōcordat: ⁊ fac multū magnū dānū i his q̄ ſecū nō ꝯcordāt. ⁊ ſi aliquā gubernauerit regionē: ſcias ꝙ in ſuis regionibꝰ magnū dānū nō faciet. ⁊ ſi non ꝯcordauerit ſecum: ibi faciet magnum dānū. Ego enim declaro tibi obſcuritatem ⁊ clauſurā verboꝝ ptholemei per hͦ dictū: ⁊ tu ad verba redeas ptho. ⁊ iſpicias diligēter: ⁊ bn̄ i ipā regl'a: q2 i ea iuēies id qđ petes.

Accn̄tia vero gn̄alia frequētiꝰ accidūt hoibꝰ i quoꝝ natiuitatibꝰ loca nec̄ia. i. loca i qbꝰ ſūt luminaria: ⁊ loca anguloꝝ ſunt loca reꝝ que ſunt occaſiones accidētium generalium. i. loca eclypſium vel loca que ſunt eis oppoſita.

Et ꝯtingunt accn̄tia gn̄aliter vt plrimū habentibus loca neceſſaria: ⁊ hoc eſt vt ſint luminaria ⁊ loca anguloꝝ in ſuis natiuitatibus ipſamet loca eclypſium vel oppoſitoꝝ ſuoꝝ.

Hec ē alia regula: q2 ſicut regiōes recipientes accn̄s ſūt q̄ cōcordāt cū ſigno eclypſis ⁊ cū ſigno plr̄e gubernatoris ſicut accn̄s contiget his quorum aliqđ ylegex. ſ. ylegys fuerit ipſemet locus eclypſis vel eiꝰ oppoſitū ſiue plr̄a gubernator eclypſis. ⁊ quanto magis de hoc accidet tanto accidens fortior erit in eo.

Hoc aūt tunc erit grauius ⁊ ad p̄cauēdū ⁊ difficillimū: cū ipſe eedē ptes locoꝝ eclypſiuꝫ erūt partes locoꝝ vniꝰ luminaris i natiuitatibus ⁊ poſt hoc cum he partes erunt eis oppoſite.

Et hoc fortiꝰ qđ eē pōt ⁊ de quo minus ſe pōt aliqs cuſtodire ē qn̄ gradus loci eclypſis fuerit ipſimet gradus alicuiꝰ duoꝝ luiariū i ſua natiuitate. ⁊ pꝰ hoc ꝙ iſti gradus ſint gradꝰ oppōiti.

Qn̄ accidit qđ ſit terminus graduū locoꝝ pncipaliū natiuitatis alicuiꝰ ipemet gradus eclypſis vel gradus oppoſiti eclypſis ⁊ fuerit iͨ hō i terra vbi fuerit ſignificatō eclypſ ipoſ'e ē ꝙ euadat vlla manerie ab accn̄te eclypſis bonū vl' malū ſit. ⁊ tm̄ nō ſe poterit cuſtodire qn eū attigat. Et hāc eādē tenebis regulam i gradu eius q dn̄at i eclypſi ⁊ eius oppoito ⁊ i ſignis ⁊ gradibꝰ qui ſe aſpiciūt i ſigno eclypſis vel gradu ſuo et iudica qđlibet eoꝝ ſm aſpectū ⁊ ꝯcordātiā quā habebit cū ſigno eclypſis vel eiꝰ gradu. Et bn̄ apparet a verbis ptholemei ꝙ ſi fuerit gradus principalis natiuitatis alicuiꝰ ipemet gradus eclypſis hoc fortiꝰ erit omnibꝰ ⁊ poſt hoc locus oppoſiti ſequitur illud. Similiter et poſt illud ille qui in quarto fuerit vel in tertio.

In coloribus eclypſis ⁊ in caudatis ſtellis ⁊ his ſimilibus. Caplm. IX.

Dixit Haly Mos ē aſtronomicoꝝ nominare res iſtas ſecūdas ſtellaꝝ eo ꝙ eueniūt ex facto ſtellarū prio ⁊ ſūt multū ſue ꝓprie eo ꝙ ſūt circa eas q2 ſil'r hn̄t v̄tutes q̄ opant res q̄ ſūt ſub eis. Et poſtq̄ꝫ ptholomeꝰ locutus fuit de facto ſtellaꝝ d̄mōſtrauit hic fctm̄ iſtaꝝ aliaꝝ reꝝ q̄ eas ſequūt.

In rebꝰ nāq̄ꝫ futuris vl'ibꝰ colores hora eclypſis apparentes. i. ipſoꝝ luminarium colores ⁊ eoꝝ q̄ circa ipā videntur vt ſūt ea q̄ vocant haleiſi halela: ⁊ his ſimilia nobis obſeruare conuenit.

Sil'r ꝯuenit vt iſpicias i fcō accn̄tiū vl'iuꝫ q̄ accidūt pp colores accn̄tes apparentes hora eclypſis. volo dicere colores duoꝝ luminariū. vl' colores eoꝝ q̄ accidūt circū ea ꝓut eſt illud qđ dr̄ aſta ⁊ rudera ⁊ tales colores.

Una q̄q̄ꝫ res ex illis q̄ generātur ⁊ corrūpūt cōcordat cū aliq̄ v̄tute ſtellaꝝ ⁊ ꝓpriū opꝰ ſuū cōcordat cū ope ſtelle cū q̄ cōcordat: Et poſtq̄ꝫ ita ē poſſumꝰ ſcire ſignificatiōem accidētiū p colores eclypſium ſiue propter fumoſitatem que coniungitur circa duo luminaria.

Cuꝫ igit niger vel q̄ſi virides fuerit: ea q̄ ſaturni naturā imitari diximus ſignificabunt.

Ita ꝙ qn̄ color niger fuerit vel tetigerit aliq̄ꝫtuluꝫ ad viridē: ſignificabit ea que diximus que tendunt ad naturam ſaturni.

Color niger fit pp magnā cōbuſtionē ⁊ māifeſtū ē ꝙ res que ml'tū cōburit redit poſtea ad nām frigidam aut erit nigredo ꝓpter frigus multū magnū. Et color viridis fit ꝓpter magnū frigus ꝓut ē i phica demōſtratū. Et poſtq̄ꝫ ita ē expedit ꝙ color niger ⁊ viridis cōcordet cuꝫ nā ſaturni.

Et cum albi fuerint: ea que ſunt ex natura iouis ſignificare dicuntur.

Et ſi fuerit albꝰ ſignificabit ea q̄ ſūt đ nā iouis.

Color albꝰ qui paꝝ tēdit ad croceū niſi albꝰ fuerit nimium ſignificat tēpantiā ⁊ pp hoc cōcordat cū nā iouis.

Qđ ſi ad rubedinē declinauerint deſignabūt ea: que ſunt ex natura martis.

Et ſi tēderit verſus vermilium ſignificabit ea que ſunt de natura martis.

Ea q̄ tēdūt ꝯ vermiliū ſūt res vermilie clare ⁊ ē i phica demonſtratū ꝙ iſti colores ſignificāt calorē ⁊ ſiccitatem. ⁊ ꝓpter hoc concordat cū natura martis.

Et ſi aurei coloris extiterit: ea que veneris naturam ſequuntur idicabunt.

Et ſi fuerit croceus tēdēs ad colorē aureuꝫ ſignificabit ea que ſunt de natura veneris.

Hic eſt color croceus ſplēdidus. ⁊ ꝓpter hoc demrāt tēperantiā ⁊ cōcordat cū natura veneris. colores. n. đ qbꝰ dixit cōcordāt cū planetis p duas ptes. vna q2 color ſuus cōcordat cū coloē. alia q2 hꝫ talē ſignificatōꝫ q̄lē nā ipiꝰ plr̄e.

At ſi diuerſoꝝ coloꝝ fuerint ſignificabunt ea que ſunt ex natura mercurij.

Et ſi colores diuerſi fuerint ſignificabunt ea que ſunt de natura mercurij.

Uult dicere ꝙ ſi aliq̄ haꝝ rerū q̄ apparēt fuerit diuerſorū colorū: qlibet color demrāt rē ſuā ꝓpriā. Et poſtq̄ꝫ ita ē cōcordāt cū mercurio: q2 ē ſtatuū ⁊ ſignificationū diuerſarū. ⁊ ſui colores ſūt ſil'r diuerſi ⁊ nō ſtabiles i vna manerie. Et cōuenit vt hāc eādē rōnē itelligas i oibꝰ ſignalibꝰ ſuperioribꝰ q̄ apparēt: q2 oīa fiūt p fumoſitatē hūidā et p fumoſitatē ſiccā que ſurſū aſcēdit. ⁊ qn̄ dn̄abitur v̄tus alicuius plr̄e i gubnatōe mūdi: ꝯuenit fumoſitates illas ad ſuā nāꝫ eē: et erit color cōcordatꝰ ſignificatōi nāe ꝯplonis illiꝰ plr̄e q dn̄at. ⁊ pp hoc accipit a colore ſignaliū ſignificatio nature plr̄e. ptho. āt docuit nos p hoc dictū qūo ſciamꝰ nāꝫ eiꝰ q dominat quando aliquod horum ſignalium videbimus deſup: et eſt res que multū nos iuuat p ſciēdo q̄ virtꝰ vicit in cōmixtione que fit ex corpibꝰ celeſtibꝰ vniꝰ cū alio.

Si aūt color ille totū corpꝰ luminaris vel eoꝝ q̄ circa ipꝫ ſūt amplexabit: i maiori pte regionū

ſuturū accidet: ſꝫ ſi ꝗlibꝫ vnā ꝑtē lūīnaris vl' coꝝ ꝗ circa ipſū ſūt occupauerit ī ea ꝑte ſolūmō q̄ ē idi recto ꝑtis illi⁹ ī q̄ ille colō appuerit futuꝝ eueiet. ¶ Et ſi ipē colō ī toto corpe lūinariū fuerit aut ī oīb⁹ locis que ſunt circa ea erit accñs in maiori ꝑte regionū ipſorū. Et ſi fuerit ī vna ꝑte lūinariū aut ī ꝑte eius qḋ ē circū ea accñs erit ſolū ī ꝑte illa q̄ ſtat in directo illius ꝑtis vbi fit color.

¶ Uult dicere ꝙ fumoſitas q̄ ꝯuertit nāꝫ eclypſis: dat talē colorē qual' ē color dñantis in eo. ⁊ ſi fuerit color ei⁹ tot⁹ in eclypſi eq̄lis: aut ī locis que ſūt circa duo lūinaria: ſciem⁹ ꝙ v̄tus q̄ talē ſibi dedit colorē ē magna valde. ⁊ ꝑꝑ hoc ſignificabit ꝙ accñs erit ī maiori ꝑte regionū ꝯcordātiū cū accidēti. ⁊ ſi fuerit color ī vna ꝑte lūinaris eclypſati: aut ī loco vno ei⁹ circa ipm̄. demr̄at ꝙ v̄t⁹ opatrix erit ī ꝑte illa ⁊ opabit̄ ī regiōib⁹ ꝯcordātib⁹ cū ipa ꝑte ī qua ē color. Et poſtq̄ꝫ v̄tus eclypſis opat̄ illo tpe ⁊ poſtea manifeſtū ē ꝙ ſignalia ſupiora q̄ accidūt poſt eclypſiꝫ hūt oriam a v̄tute gubernatoris q̄ ē ora pūcti cū ipō ope: qm̄ ꝑ h̄ accidūt ī terreno mūdo magni mot⁹ ī lōgo tpe: donec ꝯpleāt̄ ipē v̄tutes: ⁊ accidūt alie v̄tutes illis ꝯrie. Et poſtq̄ꝫ ita ē ꝯuenit vt ſignalia ſupiora donec durauerit tp̄s gubernatoris eclypſis hēant opera ꝑ ipm̄. ⁊ ꝑꝑ h̄ hēbit ſignificatōeꝫ ꝯcordatā cū ſignificatiōe eclypſis: ita ꝙ ſi ſaturn⁹ fuerit gubernator ꝯiūget fumoſitates ⁊ faciet eas ſpiſſas: de mō ꝙ viſus eas nō trāſibit ⁊ apparebūt nigre vl' virides. ⁊ ſi mars fuerit gubernator ꝯburet fumoſitates: ⁊ expget: ⁊ fiēt ide come. ⁊ radij aſſimilātes ſtellis currētib⁹ ꝑ celū: ⁊ coruſcatōes ⁊ talia: ⁊ ita ē in quolꝫ ſignaliū ſupiorū qm̄ aſſilant̄ pl'te gubernatori.

¶ Itē couenit vt caudatas ſtellas que hora eclypſis vel alterius tp̄is apparuerūt obſeruem⁹ nec nō ⁊ alia futura vl'ia: vt ſūt illa que vocāt̄ aleiſi abbocat balbaueni ⁊ his ſimilia. Quarū nature martialib⁹: ⁊ mercurialibus naturis quas ꝑdixim⁹ aſſilāt̄: q̄ ꝑlia cōbuſtiōes ⁊ q̄litates q̄ res moueri faciūt ⁊ accña que ꝑꝑ eas accidūt opāt̄.

¶ Couenit ēt vt īſpiciam⁹ ad cometas appentes hora eclypſis vel alia hora: ⁊ ad accidētia vl'ia q̄ ꝯtigūt ſicē aſta ⁊ mebla q̄ appꝫ ſurſū nigra ſpiſſa ⁊ ad id qḋ aſſimilat̄ ſicut lacus aq̄ ⁊ ad talia. Et indicabimus naturas ſuas ī toto eo qḋ opabunt̄ ſm̄ qḋ dixim⁹ ī naturis martis ⁊ mercurij q̄ opāt̄ lites guerras ꝯbuſtiōes ⁊ res magni motus ⁊ feſtini ⁊ accñtis q̄ cōtigūt ꝑ eos.

¶ Iaꝫ demr̄auit ꝙ accñs eclypſis ꝯtiget tpe eclypſis: ⁊ ī tēporib⁹ retinētib⁹ ſe cū eo. ⁊ aliqñ ꝯtigūt tp̄ib⁹ elōgatis a tpe eclypſis. ⁊ ꝙ ſignalia ſupiorū q̄ accidūt ſurſū ī medio aeri ⁊ fiūt ḋ fumo ſicco ⁊ fumoſitate hūida: ⁊ forme ⁊ colōes ac opa ſūt acordata cū pl'ta dñante ī gubernatōe mūdi ioſuꝫ ī illa hora qua appent. ⁊ ꝯuenit ꝑ hoc dcm̄ ꝙ fum⁹ ſiccus q̄ fit ꝯcordet cū nā martis vl' mercurij. ⁊ fumoſitas hūida cū nā iouis aut veneris ſi ī eo vicit tēperātia. tñ ſi fuerit diſtēpat⁹ ⁊ exiuerit tēpamētū: ꝯuenit vt cū nā ſaturni ꝯcordet. ⁊ ſi hoc ita fuerit ꝯuenit vt qōlibꝫ ſignaliū ſupiorū ſignificet ea q̄ accidūt iter nos hoīb⁹: plātis: beſtijs: piſcib⁹: nauib⁹: augmēto ⁊ decremēto aq̄ꝝ: ⁊ ſignificatio ſua erit ſm̄ planetā q̄ ꝯcordat cū eis. Et poſtq̄ꝫ hec oīa ꝑpoſuim⁹ aſculta ⁊ ītelligas id qḋ voluit dicere ptho. dixit. n. vt īſpiciam⁹ etiā ad ſtellas cometas q̄ fiūt horis eclypſis: vl' alijs horis: ⁊ general'r gcq̄d dixit ī illo āforiſmo. Nā vult dicere ꝙ qñ ſciemus ſignificatōeꝫ eclypſis: ⁊ tp̄s q̄ erit īſpiciem⁹ cū hoc toto ī accidētib⁹ ꝯtigētib⁹ ī reb⁹ ſupiorib⁹ ḋ cōdiamēto aeri. qm̄ ſi apparuerit ī tp̄ib⁹ eclypſis: aut ī tp̄ib⁹ q̄b⁹ accidūt ſua opa. ⁊ ſignificatōes ſue fuerit acōdate illi pl'te q̄ dñat̄: iudicabim⁹ ſm̄ illḋ. ⁊ pōt eē ꝙ ſignificatōes hoꝝ variabunt ſignificatōeꝫ pl'te dñantis ī eclypſi. ſi alia ſtella dñabit̄ ī tpe quo ipē appēt: ſiue illa q̄ dñat̄ ī eclypſi: ſiue ſit ꝑ aliū eclypſis q̄ veniet: ſiue ꝑ aliqḋ adiūgamētū pl'taꝝ: aut ꝑ ꝯiūctiones vl' oppōnes q̄ erūt ī illo tpe. Et q2 nā ſtellaꝝ currētiū vl' aliaꝝ cometaꝝ. aſte: nubli: nigri ſpiſſi: ⁊ ei⁹ qḋ aſſimilat̄ lacui aq̄ ⁊ taliū reꝝ ḋ his oīb⁹ q̄ fiūt ꝑ fumū ſiccū ē fumus ſiccus: ⁊ vicit ī quolꝫ eoꝝ ſicca nā: ꝯuēit vt ſignificatio ſua cōcordet cū illa martis ⁊ mercurij: ī litib⁹ ⁊ guerris: īſidijs caminoꝝ: furtis: cōbuſtiōib⁹: ⁊ his q̄ mouēt ſpūm ad malefaciēdū: ⁊ ī accñtib⁹ veniētib⁹ ꝑ res tales: ſic̄ ḋ robare ⁊ captiuare: q̄ accidūt ꝑꝑ guerras: ⁊ mortes ſubite: febres acute ⁊ alia q̄ dixit ptho. ī nā martis ⁊ mercurij. et poſtq̄ꝫ ē ita cōuenit vt ſignificatio pluuiaꝝ tēpataꝝ oī tēpamēto ī aere cōtigēti ꝯcordet cū illa iouis ⁊ veneris. ſic̄ ꝑtiū reꝝ: exaltatio dignitatū: ⁊ oīa alia opa q̄ dixit ptho. ḋ venere ⁊ ioue. ſimil'r vt ſignificatio grādinū ⁊ fortiū pluuiaꝝ ⁊ frigoris magni valde: ꝯuenit cū illa ſaturni cū ſua opa q̄ ptho. narrauit. Ptho. n. dixit ḋ ſignalib⁹ ſupiorib⁹ ꝙ erūt accña: eo ꝙ eoꝝ qōlꝫ ſūt accña ml'ta. ſic̄ ſt̄ pluuie: q̄ ſi ml'te fuerit nocebūt plātis: ⁊ aīalib⁹: ⁊ ſi pauce ⁊ dimiute nocēt ēt. ⁊ t'le nocumētū ſeq̄t̄ defect⁹ victualiū: cariſtia: fames: ⁊ mortalitas. Et ſi fuerit tēpate ꝓficiūt plātis ⁊ aīalib⁹: qḋ q̄dē ſeq̄t̄ abūdantiā victualiū far ⁊ amto: ⁊ ſalutis. ſil'r arc⁹ appēs ī aere. ſi apparuerit añ pluuiā ſignificat pluuiā: ⁊ ſi poſt ſignificat ſerenū. ſil'r q̄lꝫ haꝝ reꝝ ſignificat opa ꝑticl'aria. et ꝓpter h̄ noīauit ea ptholemeus accidens vniuerſale.

¶ Loca ēt ī q̄b⁹ futura cōtigēt ex coꝝ locis ī circ'lo ſignoꝝ ⁊ ex locis q̄ ſt̄ ī directo ſtelle caudate cognoſcem⁹. Speēm quoq̄ꝫ ſignificati futuri ⁊ e⁹ ſubꝫ gen⁹ ex fōma illi⁹ accñtis qḋ tc̄ appebit ꝓcedem⁹. Ex q̄ꝫtitate nō tp̄is illi⁹ accñtis qḋ tc̄ appꝫ fuuri ſciem⁹ ſpatiū. Ex eaꝝ ēt affinitate cū ſole quot a hora futurū icipiat indicabit̄. Nā cū mane magis appebūt ſubito futurū eoꝝ eueiet: cū magis in veſpe futuꝝ eoꝝ tarde ꝯtinget.

¶ Et mōſtrabūt loca ī q̄b⁹ erūt accña ꝑ loca hoꝝ ſingnaliū ī zodiaco ſiḡꝝ ⁊ ꝑ loca ſiḡꝝ ī q̄⁹ directo ſtella cōata erit ⁊ mōſtrabit formā ſignal' appentis ḋ q̄ ſpē erit accidēs ⁊ ḋ q̄no ḡñe ⁊ tp̄s quo ſignale ipſū durauerit ſignificabit q̄ꝫtū durabit accidēs ⁊ cōpatio e⁹ ad ſolē ſignificabit qñ icipiet. Qm̄ vt plūnū ſi māe appuerit matutinali accidēs cito erit ⁊ ſi māe veſptina: tarde.

¶ Poſtq̄ꝫ ptho. mōſtrauit ſignificationē cuil⁹ꝫ ſignaliū ſupioꝝ ḋdit nobis ī eo vnā regulā generalē dicēs ꝙ qñ apparuerit ſignale ſuperi⁹ ⁊ ſciueris ꝙ accñs vēiet ī terrenis per illud ⁊ volueris ſcire ī q̄b⁹ regiōib⁹ ⁊ ciuitatibus accidꝫ aſpice ī quo loco ſignorū ē et directo cuius ſigni fuerit ſignale accidēs erit ī regionibus et ciuitatibus q̄ eidē ſigno fuerit acordate. Et ſi volueris ſcire q̄le erit accñs inſpice ad formā ⁊ colorē ſuū: ⁊ cū q̄ pl'ta ꝯcordaaerit erit accñs ḋ nā illi⁹ pl'te: ⁊ v̄t⁹ accñtis erit ſm̄ v̄tutē pl'te dñantis ibi. Et ſi volueris ſcire qñ accidet q̄ꝫtū durabit: īſpice ad hōas q̄ fuerit iter ſignale ⁊ aſcēdēs: ſic̄ faci ī eclypſi ⁊ ſm̄ h̄ indicab. et ſcies q̄ꝫtū erit cito vl' tarde ad ꝯpatōe ſignal' ad ſolē. ⁊ ſcies q̄ꝫtū durabit accñs a tpe q̄ ſigoale durabit. ⁊ ḡnāl'r dico: vt facias ī iſtis ſignalib⁹: ſic̄ ī eclypſib⁹ feciſti. Ego āt volo nar

rare tibi ꝺ vno ſigle qꝺ vidi qn̄ icipiebā adiſcere. appͥuit.n. tale ſigle i ſig̊ ſcoꝛpiõis ⁊ i oppõne ſol: exn̄te ſole in ipā hoꝛa .15.gra.tauri: ⁊ erat ſtella ipa alāzadera i.15.gra.ſcoꝛpiõis: ⁊ erat mlt̄ū magne figure rotūde: poterat eē magna ter tm̄: vt venꝰ. ⁊ ꝺ ipiꝰ clarite tota oꝛizōta lucebat qne lux poterat eē tāta vt q̄rta ps lūe: vl' paꝝ pl': ⁊ ſp mouēdo appebat ſe i illo ſig̊ cū motu firmamēti donec ſe poſuit i eiꝰ ſextili ꝺ ſig̊ ṽgis: ⁊ tūc ꝺſtructa fuerit: ꝥ totū ego vidi: ⁊ mlt̄i alij ſapiēs. loca ṽo pl'taꝝ appitõis hꝰ ſignal' ſtabāt ꝥ ſol ⁊ lūa ꝯiūcti in .15.gra.tauri.ſatur.i leone.12.gra.11.m. iuppiter i cācro .11. gra.21.mi.mars i ſcoꝛpi.21.gra.9.mi.venꝰ in gemis .12.gra. .28.mi.mercuriꝰ i tauro.5.gra.⁊.5.mi.caput dracõis i ſag. .23.gra.38.mi.ſtella ipa alazēdera q̄ appͥuit erat i ſcoꝛpi.15. gra.aſcēdēs qn̄ appͥuit ſr̄ alfoꝛat ciuitate ꝺ egypto erat leo .4.gra.⁊.2.mi .⁊ꝺcia.aries.27.gra.37.mi.cū toto tauro. Di co ꝙ fuit i ſcoꝛ.erat ſignum qui legis mauroꝝ ⁊ ſignum ſue ꝯiūctõis: acciderūt iter mauros magna p̄lia: foꝛtes guerre ⁊ iterfeccões. Et pp ꝥ ciuitates ⁊ regiões magne ſuaꝝ ter raꝝ deppl'ate fuerūt. Et exiuit vnꝰ magnꝰ hereticꝰ ⁊ ſurre xit i regē meche: ⁊ yetob: ⁊ accidit magna ſiccitas: ⁊ magna cariſtia victualiū: ⁊ magna moꝛtalitas pp aeris coꝛruptelā ⁊ pp peſtilētiā ⁊ enſē: ita ꝙ fame gladio ⁊ ifirmitatibꝰ gen tes ſine nūero pierūt ſupme: ⁊ hoīuz miliaria ⁊ gētiū. ꝥ.n. maliū ⁊ pditio ꝯtinua fuit: poſtq̄ ſtella appͥuit mlt̄is ānis. lo quamur eni ꝺ hoc quādo in talibus exēpla ponemꝰ.

¶ Incipit 3ꝰ tractatꝰ gloſe haly heben rodan ſup 2a pte qua dripart it i ptholemei. ¶ In anni principio Ca. X

Id qꝺ gloſare volumꝰ ſup ṽbis ptho. ꝺ eo qꝺ locutꝰ fuit i accn̄tibꝰ magnis ⁊ vl'ibꝰ iā trāſiuit. Nūc aūt volumꝰ gloſare id qꝺ dixit ꝺ accūtibꝰ addētibꝰ vl' minuētibꝰ. Ptho. dat nob i ꝥ ca. regl'as qbꝰ ſciamꝰ id qꝺ accidit i tpibꝰ anni: ⁊ qn̄ eas cõmiſcebimꝰ alijs regulis an̄dcis: ſciemꝰ ſi addēt vl' minuēt ab accn̄tibꝰ vl'ibꝰ q̄ ſcimꝰ p eclypſes: ⁊ ꝯiūctões pl'taꝝ. ⁊ cū hoc ſciemus accn̄s ꝯplete ⁊ q̄le erit quolꝫ tpe.

Poſt p̄miſſum vniuerſalē modum co gnitiõis coꝛuꝫ q̄ futura ſūt in regiõibus ⁊ terris reſtat vt particularia.i. ea que in āni tpibus acciderit ſubiungamus.

¶ Poſtq̄ docuimus opionē gn̄alē p ſciēdo ac cn̄a q̄ cõtigūt i ciuitatibꝰ ⁊ regiõibꝰ reſtat narra re ſil'r pticularia et hec ſūt ea q̄ accidūt p tpa āni.

¶ Opio gnālis ē: regl'a quā nobis dedit i eclypſibꝰ ⁊ ꝯiūcti onibꝰ planetaꝝ: ⁊ pticularia q̄ contingūt i tpibꝰ āni: ſūt ea q̄ accidūt p cõiūctões ⁊ oppõnes mēſiū āni. Nā cū hec adiū gemꝰ cū eclypſibꝰ addēt i eis vl' minuent.

¶ Et tp̄s qꝺ āni pꝛicipiū dicit̄ i hoc vt on̄damus oꝫ ꝙ reiterationis igit̄ ſolis iitiū i vna quaqꝫ circū uolutiõe illud eē debeat fere ꝓpter eiꝰ vim eiuſ qꝫ nomen planum et apertu m eſt.

¶ In hoc eni cõuēit nob noiare ſtationē q̄ dctā eſt caput āni ⁊ manifeſtū ē ꝙ expedit vt ſit hoc principiū redit ſol q̄lꝫ reuolutiõe ad locū ſuū ⁊ ꝥ ē res leuis ad itelligēm pp ṽtutē ſuā ⁊ nomī ſuū

¶ Uolēti ſcire p hāc arteꝫ accn̄tia q̄ quolibet āno cõtingūt expedit ſcire hoꝛā q̄ dicta eſt caput āni: qꝛ p̄ncipiū qn̄ ligat ē aliquā ipa ſolui nō pōt donec tranſeāt ſua quattuoꝛ tpa q̄ ſūt p̄nꝰ augmētū ſtatus: ⁊ abaxamētū niſi res alia vene rit q̄ faciat ipm foꝛtiꝰ in aliquo tpe iſtoꝝ quatuoꝛ. Et ꝥ eſt in oībus rebꝰ nālibus manifeſtū: maxie in arte phice. ⁊ qn̄ ſtelle ligauerint rē aliq̄ i capite āni remanet illud ligamē tū firmū p totum ānū: ꝥ excepto ſi acciderit i illo āno ecly pſis: vel cõiūctio pl'taꝝ aut aliq̄ applicatio ſtellaꝝ q̄ ſignifi cēt ꝯ illud ꝙ ſtelle ligauerūt i āni p̄nº ⁊ ſoluēt id qꝺ ligatuꝫ fuit i pꝛincipio āni. Et aūt dixit de ſua ṽtute vult dicere ꝙ id qꝺ opabit̄ p̄nm remanebit firmū dōec ꝯpleat̄ res illa vn̄ fuerit p̄ncipiū: ⁊ id qꝺ dixit de ſuo noīe. vult dicere ꝙ id qꝺ ſignificat nomē p̄ncipij ſignificat ṽtꝰ ſua p̄ncipiū aūt āni ē ꝙ ſol redeat ad pūctū vn̄ incepit. Qꝛ ſol ē pūctꝰ ⁊ dn̄at̄ ſup oēs pl'tas ⁊ ſtellas: ⁊ ꝓpter hoc cõuenit ꝙ ānꝰ ſit acceptus a curſu ſuo ſolūmodo: qꝛ curſus alioꝝ pl'arū i cõparationi ſui ſunt ſicut i aſtrologia demõſtratū ē. Sapiētes ṽo ant q̄ pciabāt multū p̄nm anni tātū ꝙ compilauerūt multos li bꝛos i eo: ⁊ noiauerūt hos libꝛos reuolutionū ānoꝝ mūdi: ſicut liber accn̄tis quē fecit hermes: ⁊ ꝓpter ꝥ crediderūt multi aſtrologoꝝ ꝙ ſignificatio eclypſis: aut ꝯiūctõis vel alteriꝰ cõſtellatiõis q̄liſcūqꝫ fuerit que cõtigit i āno nō eſt accepta niſi a dn̄o āni: ⁊ ꝥ inuenies i oībꝰ libris ſuis. Ipi.n. a veritate recedūt qn̄ ptho. mõſtrauit i facto eclypſiuꝫ ꝙ poſtq̄ maioꝛ ṽtꝰ vicit minoꝛē: ⁊ ṽtꝰ duoꝝ lūinariū ē maioꝛ valde q̄ ṽtꝰ aliaꝝ ſtellaꝝ māifeſtū ē ꝙ coꝝ ꝯiūctio ⁊ oppõ ē maioꝛ ⁊ foꝛtioꝛ ṽtutibꝰ reuolutionū ānoꝝ. ⁊ poſtq̄ ita eſt nō remanet ṽtuti p̄ncipij anni: niſi addere vl' minuere i ac cn̄tibꝰ magnis. ⁊ hec ē opinio ptholemei. Dixit Ptho.

¶ At i circulo null's exiſtiare p̄nm poterit aobſolute. i ʒodia co ṽo circulo p̄nm niſi a pūctis q ſūt i directo hoꝛaꝝ egno ctialiū ⁊ ſolſtitialiū intelligi minime pōt.

¶ Et null's pōt i circulo imaginari pꝛicipiuꝫ: tn̄ i ʒodiaco pōt pꝛicipiū itelligere a punctis deter minātibꝰ quattuoꝛ tropicos.

¶ Alig dicūt ꝙ p̄nm āni ē: q̊uſqꝫ ſol vadit a pūcto ſue ſugis donec ad illū redeat. Et dixerūt ꝙ ꝥ ē ſuū ꝓpꝛiū i ſphera ſua. tn̄ qꝛ opa veniētia p ſtellas i his q̄ ſūt iter nos: nō ſūt ꝓ pꝛia ſphere ſol': ſꝫ ſunt ſm ʒodiacū ſignoꝝ. expedit ꝙ p̄nm anni ſit curſus ſolis de vno pūcto ʒodiaci: donec ad illū re deat: ⁊ qn̄ hos pūctos i ʒodiaco pgremꝰ ineniemꝰ in eo .4. pūctos: q̊ꝝ qlꝫ meret̄ eē p̄nm. ⁊ hi .4. pūcti ſt̄ q̄tuoꝛ tropici.

¶ Cõtingit ēt hoībꝰ ſup hec loca dubitare: eo ꝙ qs coꝝ q̄ttuoꝛ ad p̄mittēdū ſit cõueniētioꝛ igno rat̄. Nā ſm planā naturā circularē: nullus coꝝ p̄cedit aliū ita ꝙ ad initiandū ſit magis aptꝰ alio.

¶ Et accidit hōi dubiū i hoc loco: q̄l'r ſcire poſſit qs hoꝝ quattuoꝛ rectius p̄poni meret̄. Qm̄ ſꝫ ſimplicē naturā circūferentie: nō ē ibi locus q ſit an̄q̄ aliꝰ quo dicere poſſumus. ꝙ hēat maiꝰ ius vt ſit anni pꝛincipiū q̄ alter.

¶ Poſtq̄ ʒodiacꝰ ſignoꝝ .4. hꝫ pūctos: quoꝝ qlꝫ meretur eē pꝛincipiū. Accidit i ꝥ dubiū ꝙ hō neſcit q maiꝰ ius hēat cēndi p̄nm. Sil'r qūo pōt eē pūctꝰ q ſit p̄nm nāe circūferen tie: ea exn̄te ſimplici ⁊ rotūda. hec.n. ē q̄ itellectū nō itrat: tn̄ oꝛdinat hūc hō poſitiue ſꝫ ſuā volūtatē: ſed ꝙ circunfe rētia illū hēat p nām hec res ē ipol'is. Et poſtq̄ ita ē ꝯuēit nos iſpicere i verbis ſapiētū ātiquoꝝ q i his .4. pūctis locu ti fuerūt de mō ꝙ de ſuis itellectibus nos inueniemus: ⁊ ꝙ veritas exeat de dictis eaꝝ. Dixit Ptho.

¶ Illi āt q ꝥ i ſuis lib. tractar̄ cõati ſt̄: i mõis dn̄iibꝰ ꝥ .4. tpa poſuere: ⁊ coꝝ vnūqꝺqꝫ loco p̄ncipij ꝯſtituert̄. q̊s ꝯuēi ens coꝝ rõ: eoꝝqꝫ nāꝫ effectꝰ ad ꝥ adduxit. iſtoꝝ eteni vni cuiqꝫ tpoꝝ qꝺdā ē ꝓpiuꝫ p qꝺ ipꝫ āni noui foꝛe p̄nm exiſtia re ꝺbemꝰ: ob ꝥ eteni egnole ṽnale tp̄s initiū poſuer̄ ꝙ dies i ipo ſupare noctē icipit: ⁊ qm̄ ipꝫ ē hūim: nāqꝫ hūida mlt̄a ē i oī p̄nº rei cū ꝓcreat̄: vt i p̄miſſis on̄dimꝰ. Tp̄s āt eſtiuale ſolſtitiale loco p̄ncipij pōit̄: eo ꝙ i ipo dies pficit̄: ⁊ ē eꝰ vl tia lōgitudo, ⁊ qm̄ i ipo apꝺ egyptios ē augmm nili. aſcēditqꝫ i eo aſchere algemēia: ac egnole. tp̄s autūnale ſūpſit initiū. ob ꝥ ꝙ i ipo ē oīuꝫ fructuū collectõ ⁊ q̄ futura ſt̄ i eo ſemia ri icipiūt hyemale ṽo tp̄s ſolſtitiale ꝓpter ꝥ initiū ꝯſtituit̄. qꝛ poſt dieꝝ curtationē i ipo icipit coꝝ dieꝝ elōgatio.

¶ Et ſi illi q ꝺ̄ his locuti fuerūt ī ſuis libꝛis iudi-
cauerūt ꝙ hi q̄tuoꝛ pūcti ſīt diuerſi ⁊ quēlꝫ eoꝝ ꝓ
ꝑncipio poſuerūt: ⁊ eos ad hoc argumēta cōue
niētia adduxerūt: ⁊ opa nāꝝ ſuaꝝ: qꝛ q̄libꝫ ho
rū tēpoꝝ hꝫ rē ſuā ꝓpꝛiā q̄ cōuenit qꝺ̄ teneat vt
ſit prinᵐ āni: eqnoctiū āt vernale: qꝛ dies icipit
maiō eē nocte ⁊ qꝛ hoc tp̄s ē hūidū ⁊ hec natura
humida vicit mltuꝫ ī oī pꝛicipio reꝝ q̄ gn̄ant̄ ſi
cut an̄ diximꝰ. Et ſolſtitiū eſtiuale: qꝛ dies com
pletur i eo ⁊ ē maioꝛ dies totiꝰ āni ⁊ accidit i eo
recētia nili ꝺ̄ egypto ⁊ ſtella aſcēdit in ip̄o q̄ di-
cta ē alhabor. ⁊ eqnoctiū autūnale qm̄ oēs fru-
ctus hoc tēpoꝛe colligunt̄ ⁊ ſilr̄ hoc tēpoꝛe ſemi
nāt̄ oīa ſemīa ꝓ his q̄ ventura ſīt ⁊ ſolſtitiū hye
male eo ꝙ dies īcipit in eo creſcere poſtquam
diminutus erat.

¶ Quatuoꝛ tpa. vl̄t dr̄e q̄tuoꝛ āni tpa: et ſignificatio cuiuſlꝫ
ē accepta ꝺ̄ ſuo pn̄ᵒ. dixit. n. ꝙ ſapiētes ātiq accipiebāt hos
quatuoꝛ pūctos diuerſis manerieb. qm̄ ex eis fuerūt qui
poſuerūt āni pn̄ᵐ eqnoctiū vernale. et alij q poſuerūt indi
ciū cuiuſlꝫ tp̄is eoꝝ ſm̄ cōſtellationē ſui pn̄cpij. Et poſtq̄
ita ē: appꝫ ꝑ dicta ſapiētū antiq̄ꝝ hꝰ artis ꝙ qlꝫ pūctꝰ hoꝛū
hꝫ ꝓpꝛietatē ſuā. et ptholo. docet nos q̄ rōne venerūt ī hac
opione: et dixit qꝛ ſciuerūt ꝙ circūferētia nō hꝫ pn̄cipiū. et
īuenerūt ꝓnā experientiā mltotiēs: ꝙ hoꝛū pūctoꝛū q̄lꝫ
facit opa ī rebꝰ q̄ ſūt iter nos: ⁊ rebꝰ q̄ ſequūt̄ nās hoꝝ pū
ctoꝝ. hoc. n. totū fecit eos ī hāc opionē venire. qꝛ tenēt ꝙ
q̄lꝫ eoꝝ ē pn̄ᵐ rebꝰ futuris. et vl̄t dr̄e ꝙ opa hoꝝ pūctoꝝ
fecit eos credere ꝙ oīa erāt pn̄cipia. et tp̄s eqnoctij verna
lis: qꝛ dies īcipit eē maioꝛ nocte. ⁊ qn̄ dies īcipit eſſe maioꝛ
nocte: īcipit caloꝛ aſcēdere ſuꝑ frigꝰ: ⁊ tp̄s ē mlt̄e hūiditatis
natural̄: vt ſit mlt̄a ī pn̄cipio cuiuſlibꝫ generatōis. ⁊ quādo
adiūgit̄ multa hūiditas cum augmento caloꝛis fit īde res
cōcoꝛdata cū pn̄cipio totiꝰ gn̄atōis. ſicut ꝺ̄mr̄atū ē ī ph̄ica
⁊ nāli. ⁊ ꝑꝑ h̄ ē tp̄s v̄nale gn̄atoꝛ ꝑ nāꝫ: ⁊ ī eo emittūt arbo
res folia: canūt aues: ⁊ faciūt filios ⁊ q̄lꝫ res q̄ cōcoꝛdat cuꝫ
pꝛincipio hꝫ ius maius vt ſit pn̄cipiū q̄ illa que non cōcoꝛ
dat: ⁊ h̄ ē res quā adduxit oībꝰ aſtrologis pꝛo affirmando:
ꝙ hoc tp̄s eſt pn̄ᵐ āni noui. Et pūctuꝫ ſolſtitij eſtiualis ſil̄r
ius hꝫ vt ſit pn̄ᵐ: eo ꝙ dies ꝯpletur in eo: ⁊ ibi ē maioꝛ dies
totius āni: ⁊ tunc īcipit nyli recētia q̄ ē pn̄ᵐ ⁊ vis laboꝛis ter
re de egypto: ⁊ hoc pn̄ᵐ hꝫ opa talia quibus multi credide
runt ꝙ venit ꝑ aſcenſum ſtelle alhaboꝛ: q̄ tp̄e illo aſcēdit: ⁊
crediderunt ꝙ hec opa remaneāt ꝑ totū annū: ⁊ tantū q̄-
tū apparet de tp̄is huius v̄tute: ⁊ pūctꝰ tp̄is equinoctij au
tūnalis ſil̄r ius hꝫ vt ſit pn̄ᵐ: eo ꝙ oēs fructꝰ tūc colligunt̄
⁊ gubernant̄ ꝓ futuro tp̄e: ⁊ ſemiatiōes ēt fiunt ⁊ incipiunt
h̄ tp̄e: q̄re oēs aues ⁊ oīa aīalia hn̄t viuere: ⁊ ꝓpter hoc acci
piūt ab hoc tēpoꝛe ſignificationē eius qꝺ̄ futurū eſt in gra
narijs de ſaluatione vel coꝛruptione: ⁊ ꝙ accidet aīalibus
de habūdātia victualiū: ſiue fame q̄ continget moꝛtalitas
magna ⁊ ſimilia. ⁊ punctus ſolſtitij hyemalis ſimil̄r ius hꝫ
vt ſit pn̄cipiū: qꝛ in eo icipit dies creſcere poſtq̄ minutꝰ eſt
⁊ īcipit caloꝛ creſcere ⁊ qn̄ calor creſcit gn̄atō venit cū eo. ꝑ
hec eniꝫ verba q̄ dixit ptho. intelligimus q̄titatē virtutis
cuiuſlibet hoꝛū punctoꝛū quattuoꝛ. Et ꝙ maioꝛ virtꝰ oīuꝫ
eſt illa pūcti equinoctij vernalis: ⁊ ꝙ a quolibet hoꝝ acci
pit̄ ſignificatio eiꝰ qꝺ̄ hꝫ cōtingere tp̄e ſuo: cōuenit. n. ꝙ ac
cipiamus cōparationē eiꝰ qꝺ̄ accidit quolibꝫ hoꝛū tempo
rum ad illā q̄ cōtigit in tp̄e qꝺ̄ pꝛeteriuit. v̄bi grā. qn̄ pꝛinci
pium tempoꝛe eſtatis ſignificauerit recētiā nyli ꝓpter hu
miditatē q̄ fuerit tēpoꝛe vernali qꝺ̄ tranſiuit ſm̄ illud erit
recentia. ⁊ ſi multa fuerit humiditas vernalis erit recētia
magna mlt̄ū: ⁊ ſi fuerit pauca erit mīoꝛ ⁊ ſil̄r de alijs rebꝰ.

¶ E ꝙ magis eſſe conueniens naturaliq̄ꝫ ratio-
ni pꝛopius in obſeruatione rerū anni depꝛehen
dimus eſt iſtoꝛū quattuoꝛ pꝛincipioꝛū obſerua
tio necnon coniunctionū ⁊ pꝛeuentionum ſolis
⁊ lune que pꝛedicta tempoꝛa ꝑcedētes ꝓpe ip̄a
fuerint. Maxie āt ī quibꝰ fuerit eclypſes.

¶ Et id quod teneo meliꝰ ⁊ pꝛoximius eē opini
oni naturali in facto anni ē operari per hec qua-
tuoꝛ pꝛincipia: ⁊ inſpicere ad ꝯiūctiōes ⁊ ad op
poſitiones ſolis ⁊ lune q̄ ſunt pꝛoximioꝛes iſtis
pꝛicipijs an̄ hec tpa ⁊ ī ea ꝓpꝛia q̄ erit eclypſis.

¶ Jā ante diximꝰ ꝙ virtꝰ vincēs mutat v̄tutē debilioꝛeꝫ:
⁊ reducit eā ad ſe: ⁊ ita facias in oībꝰ v̄tutibꝰ q̄ minoꝛes fue
rint donec compleat̄ fcm̄ ip̄ius v̄tutis: ⁊ veniat alia foꝛtioꝛ
ip̄am vincēs: ⁊ ſic dn̄abitur virtus ſecūda. Et poſtq̄ ita eſt
conuenit ꝙ virtꝰ cōiūctionis vel oppōnis q̄ fuerit an̄q̄ ſol
īgrediat̄ quēlibꝫ hoꝝ pūctoꝝ ſit dn̄a puncti quē ītrat ſol.
Poſtmodo ſm̄ hoc cōuenit vt ſignificatio eiꝰ qꝺ̄ accidet q̄
libꝫ hoꝝ quattuoꝛ tp̄um: ſit cōmixtio v̄tutuꝫ pl̄aꝝ hoꝛa cō
iūctōis vel oppōnis an̄q̄ ſol intret pūctū ip̄ius tp̄is. hec. n.
eſt opinio ptho. Sūt tn̄ alij dicētes ꝙ ſignificatio cuiuſlibꝫ
tp̄is ē ab aſcēdēte qua ſol īgredit̄ punctū illiꝰ tp̄is. Et h̄ opi
nio eſt quattuoꝛ rationibꝰ defectiua. pꝛima quia ꝯpl̄ō ſolis
⁊ lune eſt foꝛtioꝛ ⁊ maioꝛis potentie q̄ virtus ſolis cum
virtute illius puncti. Nā toti ſigno non eſt data virtus ni
ſi ꝓpter ſolē. ⁊ quāto magis ī pūcto ſigni. Scḋa eſt qꝛ circū
ferentia nō hꝫ pn̄ᵐ. Tertia ē qꝛ qn̄ ſol īgredit̄ p̄muꝫ pūctū
arietis certificari nō pōt: qꝛ cū vna tabula exibit vniꝰ ma
neriei: ⁊ cū alia alterius: et ita nō ſūt cōiūctiōes ⁊ oppōnes:
qm̄ eoꝝ aſcēdētia concoꝛdāt cū oībꝰ tabulis. per hec enim
ītelligēs ꝙ v̄tus cōiūctiōis aut oppōnis ē maioꝛis potentie:
q̄ qn̄ ſol īgredit̄ pūctū illū. Et poſtq̄ ē poſſe maioꝛis v̄tu
tē aliā ad ſe trahit: ⁊ ip̄a erit gubernatrix: et cōuenit vt in
telligas verbū ptho. ꝓpe ſi fuerit ibi eclypſis. vult dicere
ꝙ qn̄ accidit eclypſis ī cōiūctiōe vel oppōne q̄ ante fuerit
q̄ īgrediat̄ ſol aliqꝺ̄ hoꝝ q̄tuoꝛ pūctoꝛum q̄liſcūq̄ ſit ip̄a
erit maioꝛis potentie q̄ ſi fuerit ſine eclypſi ⁊ erit operis
et mutatiōis maioꝛi.

¶ Jta vt per pꝛincipiū qꝺ̄ ex ſolis exiſtentia ī ari
ete depꝛehēditur vernalē qualitatem cognoſci
mus: ⁊ ꝑ initiū ex eiuſdē exiſtentia in cācro dep̄
henſuꝫ: qualitateꝫ eſtiualē. Per pꝛicipium aūt
qꝺ̄ ex ip̄iꝰ in libꝛam ingreſſu cognoſcitur qualita
teꝫ autūnalē. Jnitiū vero qꝺ̄ per eiuſdē ītroituꝫ
ī capricoꝛnū accipit̄ hyemalē q̄litatē ꝺ̄mōſtrat.

¶ Jta ꝙ ſciamꝰ a pꝛincipio hoꝛe qua ingreditur
ſol arietem qualiter erit ſtatus veris. Et a pꝛin
cipio quando cancrū ingreditur quomodo erit
eſtas: ⁊ a pꝛicipio quādo libꝛā īgreditur qual̄r
erit autūnus: ⁊ a pꝛicipio qn̄ capꝛicornuꝫ īgre
dit̄ quomodo erit hyems.

¶ Uult dicere ꝙ ſciemꝰ a cōiunctōe vl̄ oppōne q̄ fuerit an̄
q̄ ſol ītret arietē ſtatū veris qūo fuerit: ſi erit aer valde ca
lidus: vl̄ hūidus ſiue ſiccus. Si fuerit mlt̄ū calidus ſciemꝰ
ꝙ arboꝛes emittēt cito folia: ⁊ fructꝰ erūt an̄q̄ ꝯpleant̄. Et
ſi fuerit mlt̄ū frigidus ſignificat ꝙ arboꝛes tardabūt emi
tere folia ⁊ fructus: ꝗ leues fuerit erūt multū leuioꝛes. Et

ſi fuerit hūidus ſignificat putrefactōēʒ fructuū:ꝛ erunt le
ues multū.Et ſi fuerit ſiccus demonſtrabit ꝙ fruct⁹ ꝛ alia
ſiccabūt.ꝛ p hoc ſcire poſſumus ꝗ fruct⁹ terre erūt multi
ꝛ ꝗ pauci quolibʒ tpe.et ſciem⁹ p hoc ꝙ fructus ꝗ mlt⁹ fue
rit erit vilioꝛ:ꝛ qui modicus erit carus.Sciem⁹ ēt hec per
nauigare nauiū ꝛ ſecuritatis itinerū.qꝛ qñ ſciem⁹ ꝙ naues
ꝛ itinera ſalua fuerit et ſecura: ſciem⁹ ꝙ ea ꝗ trahūt erunt
vilia ꝛ boni foꝛi.Et p hoc idē ſciem⁹ id qđ accidet i ciuitati
bus ī his que deferūt illuc:qꝛ ſi id qđ defert modicū fue
rit erit ibi carū vbi idiget:ꝛ ita ſciem⁹ res oēs.Ego āt volo
tibi magis dicere in rōne cariſtie ꝛ abūdātie res bonas de
ꝗbus te iuuabis:foꝛmabis quatuoꝛ angl'os:ꝛ ſtellas ꝛ alios
planetas hoꝛa eclypſis:ſiue cōiūctōēs ꝛ oppōnēʒ ſolis ꝛ lūe
vel aliā magnā ꝯnem ſi fuerit pl'taꝝ:tūc inſpicias ad angu
lū mediȷ celi ꝛ ei⁹ dñm:ꝛ ad locū ſolis ꝛ ei⁹ dñm. ꝛ ſi fuerit
magne potētie ſignificabunt cariſtiā monetaꝝ:ꝛ erit vile
id totū qđ emit de illis.Et ſi potēcia fuerit aſcēdētis ꝛ ei⁹
dñi ꝛ lune ac dñi loci ſui:ſignificabit cariſtiā reꝝ ꝗ emunt.
et tritici et oꝛdei:et vilitatē mōetaꝝ:ꝛ modica mercadātia
denarȷs multis emet.Et ſi luna ſeparata fuerit ab īfoꝛtu
na:et iuerit ad foꝛtunā poſt cōiūctionē vl' oppōnē:ſignifica
bit tritici et oꝛdei cariſtiā.qñ ſol et mediū celi cōcoꝛdant
cū auro.aſcēdēs et luna cōcoꝛdāt cū anona.qꝛ ſilia ſūt coꝛ
poꝛib⁹.et oīs res c⁹ ſignificatoꝛ i firmamēto foꝛtunat⁹ fue
rit erit cara.Et ſi tu itellexiſti qđ demrauimus:debes ſcire
ꝙ aurū cōcoꝛdat cū ſole:et moneta aurea cū ſole:venere.ꝛ
mercurio:cū venere ꝑpter foꝛmoſitatē ſuā:ꝛ cū mercurio
ꝑpter ſculpturā.anona ꝯcoꝛdat cū lūa.carnes cū marte.ꝑ
pter degulatōem et coctionē.fruges cū venere ꝑpter odo
rē et dulcoꝛē ſuū.res amare et acute ꝯburētes ſūt martis
acetoſe et ſtiptice cū ſaturno ꝯcoꝛdāt.dulces cū ioue. groſ
ſe cū venere.et ꝗ ſūt mlt'oꝝ ſapoꝛum cū mercurio . hūide
aquoſe cū luna.putrefacte ꝛ mali odoꝛis cū ſaturno.ꝛ que
ſūt boni odoꝛis cū ioue ac venere.Sil'r coloꝛes poteris itel
ligere:qꝛ nigredo ē ſaturni:et de v'milio ſil'r.et ita ſcire po
teris oēm rem pp concoꝛdiam ſuā.anguli cōcoꝛdāt cū au
ro.angulos ſequētia cuʒ anona.cadētia vo cū his ꝗ hoībus
neceſſaria nō ſūt.Cū āt foꝛtune fuerit in āgulis hoꝝ.locoꝝ
cara fiet res ꝯcoꝛdata cū illo loco.et cū ſciueris pl'taʒ ꝯcoꝛ
dātē cum re īſpice ad hoꝛā eclypſis:vel coniunctionis aut
oppoſitiōis quomodo ibi exiſtit ipſe planeta.et ſi fuerit foꝛ
tunatus et potens ſignificabit cariſtiam illius rei et exal
tamentum eius: ꝛ ſi infoꝛtunatus ſignificabit vilitatem
hoc eni adiūgas his ꝗ dixim⁹ de eo qđ opabit aer i oībus
fructibus ꝛ ſaluatiōnē nauiū:vel eaꝝ ſubmerſionē:ꝛ ꝫ ꝙ
fuerit res illa quā īſpicere vis ante tps illud:ſcies res quo
modo viles fiet:vel care:ꝛ ſcies ea ꝗ hec ſequunt.v.grā.qñ
ſciem⁹ ꝙ vnus rex qñ p̄liabit cū alio:ſciemus ꝙ ille cui⁹
terra eſt habūdās vincet illū cui⁹ terra eſt cara ꝛ ſilia:quia
moꝛtalitas ꝛ īfirmitas ſēp cariſtiā ſequunt:eo ꝙ hoīes oʒ
comedere mala cibaria ꝗbus dānātur cōpl'ones eoꝝ:ꝛ ꝑ
pter hoc hñt infirmari ꝛ moꝛi.Scies ēt ſcm̄ cariſtie ꝛ ha
būdantie pp mltitudinē aquarū ꝛ foꝛtificatōēʒ eaꝝ:ꝛ a fri
goꝛe ꝛ a caloꝛe:qꝛ qñ ſtelle ſignificant multas hūoſitates ꝛ
hūidas fiūt inde multe pluuie:ꝛ ſi fuerint in tpe quo neceſ
ſarie ſunt habūdantiā victualiū demonſtrabūt:ꝛ ſi in tem
poꝛe ꝗ nō ſint neceſſarie dānamētū ꝛ minutionē eoꝝ mon
ſtrabunt.Idē facit caloꝛ ꝛ frigus:qꝛ ſi caloꝛ fuerit tēpoꝛe ꝗ
cōueniat:ſignificabit ſaluamētū oīuʒ fructuū a putrefacti
one:ꝛ ſi fuerit in tempoꝛe quo non expediat deſiccabit to
tum fructum terre anteꝗ̄ cōpleat ꝛ perdetur. Simil'r de
locuſtis guaſanis ꝛ muribus:qꝛ ſi multi creuerit deſtruēt
oēs fruct⁹ terre:ꝛ ſi pauci fuerint poterūt ſaluari:ꝗ oīa ſci
re potes p aſtronomiā ꝛ ſcies id qđ futurū eſt anteꝗ̄ ſit.v.
grā.ſi aſtronomia monſtrauerit multas pluuias i pte meri
diei:ſicut eſt ver ꝛ eſtas ſignificat ꝙ nilus egypti erit recē
tie magne valde:ꝛ ſi a parte ipā paucas ſignificauerit pl'ui
as ꝛ recentia pauca erit:ſcm̄ autēʒ nili inductiones: oʒ hre
vna earum que ibi ſunt vt pluuie pſeuerate ſicut i pte me
ridiei vno tpe anteꝗ̄ veniat:ꝛ ꝑpter hoc cōuenit ꝙ nylus
ſit magne recētie eſtate intrāte cū ven⁹ ꝛ mercuri⁹ occītā
les fuerint ipā hoꝛa ꝑpter humiditatē quā in aere faciunt
Et ſi fuerit mars aut aliq̄ cometaꝝ hoꝛa qua incipit ver ꝛ
eſtas i parte meridiei:erit nyli recētia pauca multū:ꝑpter
magnā minutionē pluuiaꝝ ꝗ erit in pte illa. Sil'r ſi vent⁹
ciercus affuerit euʒ currere nō pmittet.Et ſi abregus leui
ter faciet eum decurrere ꝛ nō detinebit.Cū aūt ſciueris p
aſtronomiā id qđ accidet i parte meridiei de habūdantia
pluuiaꝝ vel eaꝝ mutatiōe ꝛ ſciueris ventos accñtes ī ter
ra egypti tpe veris vel eſtatis:ſcies totū factū nyli qūo eē
debeat:et p eū ſtatū egypti ſi erit habūdās victualibus vl'
minutus īſpiciēdo ſēp ī his ꝗ pdiximus.Et per hāc regl'aʒ
ſcire poteris factū cariſtie vel habundantie.

¶ Propterea ꝙ generales tempoꝝ qualitates
ꝛ coꝝ oēs modi non ſunt niſi per ſolem. Qua
rū qualitatū notitiam non ſolū doctrinaliū exꝑ
toꝛes: verū etiā aliȷ anticipantur.

¶ Ita ꝙ qualitates vniuerſales tēpuʒ: ꝛ ſuoꝛuʒ
ſtatuū erunt ꝑpter ſoleʒ. Et has qualitates pñt
p̄ſcire: illi qui nihil ſciūt de arte quadruuiali:
quātum ergo magis illi qui ſciūt: ſatis pʒ.

¶ Per hoc dictū poſſumus itelligere ꝙ v't⁹ ſolis ē victrix
et ꝙ opa ptinētia ad.4.puncta:ſunt eadē opa ſolis: qñ mu
tat de vno loco ī aliū: nō ꝙ ſint opera ꝗ ad puncta pertine
ant:ſed ad curſū ſolis et ad pl'tas hñtes pticipationē cū eo
Et poſſumus itelligere ꝙ ipe vult dicere ꝙ multi homīes
intellexerūt pp aerē cuiuſlibet tpis res que accidūt in hoc
mūdo de cariſtia et habūdantia et oīb⁹ al̄s ꝗ diximus:et
talia videmus ſepius accidere. Et poſtꝗ̄ ita eſt conuenit
aſtrologo vt hoꝝ ꝑgnoſticationē ſciat magis ꝗ̄ alȷ.

¶ Conuenit etiam ad earū notitiā ſignoꝛuʒ ꝓ
prietates per quas ventoꝛuʒ flatus ſignificem⁹
ꝛ gñaliter omnē eoꝝ obſeruare naturā.

¶ Similiter conuenit vt inſpiciamus in pꝛopꝛie
tatibus ſignoꝛum vt ſciamus per ea curſum vē
toꝛum: ꝛ ſuc nature.

¶ Vult dicere ꝙ qñ ſciemus p pl'tam' dñantes accidentia
que contingunt conuenit vt miſceamus naturā ſuam:cuʒ
natura planetarum ſecū participantium:et cum ſignis i ꝗ
bus ſtāt:qꝛ qđlibʒ ſignū hʒ ꝓprietatē ſuā:ꝗ ad ſe ptinet.Et
qñ vnū cū alio ꝯmiſcebim⁹ p cōmixtionē ipaʒ ſciemus ꝗd
erit de oībus accñtibus ꝗ ꝯtigēt et ꝗ vēti current et ꝗ acci
dētia p vētos ipos cōtigēt i nauibus et i oībus alȷs rebus
et ptho.docebit nos cito ꝓpetates ſignoꝝ in ca°.qđ ſeqt.

¶ Variationes autem augmēti vel diminutio
nis in aliquibus hoꝛis cōtingentis ex coniūctio
nibus ꝛ p̄euentiōibus que poſt p̄fecta pun
cta fuerint ꝛ ex ſtellarū erraticarū ſocietate cuʒ
ipis in figuris gñaliter ſignificabimus.

¶ Et ſcire poſſumus mutationes que augebūt
vel minuent aliquando per cōiunctiōes vel op
poſitiones que dicta puncta ſequentur: ꝛ pꝛo
pter participationem quam planete habebunt
cum eis in figura.

¶ Uult dr̃e ꝙ ſignificatio cuiuſlʒ tpis auget ꝛ minuit ſcʒ ſignificationẽ ꝯiũctionũ ꝛ oppõnũ q̃ ſequũt̃ pnciᵐ. ꝛ ſil'r augebit ꝛ minuet pp applicatões pl'taꝝ vniꝰ cũ alio: vel aliꝰ eoꝝ cũ pũctis: aut cũ loco ꝯiũctõis vl' oppõnis: aut cũ aliq̊ anguloꝝ ſuoꝝ. ꝛ ita ſignificatio cuiuſlʒ tpis erit accepta a cõiũctõe vel oppõne q̃ erit an̄q̃ʒ ſol igrediat̃ pũctũ ſuuʒ: et ab eo qđ ſeq̃t̃ itroitũ ſol' i pũctũ ſuũ: ꝛ locis pl'taꝝ cuiuſlibʒ haꝝ triũ horarũ q̃ ſũt añ: ꝛ q̃ ſequunt̃: ꝛ ipamet hora q̃ ſol pũctũ igredit̃. et ñ expedit i hac hora aſcẽdẽs illđ iſpicere: qñ applicatio pl'tarum cũ ſole ſufficit ꝛ cum his locis.

¶ Rẽ vo pticularẽ deſignabimus ex ꝯiũctõibus ac pũctõibus ſolis ꝛ lune q̃ fuerit in vnoquoq̃ʒ ſignoꝝ ꝛ ex ſtellaꝝ locis: hoc eſt igitur ꝙ menſium obſeruatio nuncupari poteſt.

¶ Et ſignificabũt res pticl'ares ꝯiũctiões ſolis ꝛ lune ꝛ eoꝝ oppõnes q̃ fuerit i quolibet ſignorũ ꝛ põt hõ hãc ſignificationẽ mẽſiũ appellare.

¶ Uult dicere ꝙ qñ ſciemꝰ ſignificationẽ vl'eʒ cuiuſlʒ tpis: adiũgamꝰ eã cũ ſignificatõe particulari: q̃ erit ꝑ ꝯiũctiões ꝛ oppõnes cuiuſlʒ mẽſis. adiũgamus eã ſil'r cũ locis planetarũ q applicabũt ſoli ꝛ lune: ꝛ planete dñanti locis ꝯiũctionũ ꝛ oppõnũ: ꝛ ſuis angulis: ꝛ gnãliter cũ locis pncipalibꝰ. Nã qñ h ſciemꝰ: cognoſcemꝰ accidẽs qđ q̃libet die cõtiget. ſi voluerimꝰ ſcire de ſtatu aeris adiũgemꝰ hoc cũ ſignificatione vl'i aeris q̃ erit illo tpe: aut cũ eclypſi ꝛ ꝯiũctionibꝰ q̃ fuerint circa tp̃s illđ. Et ſi voluerimꝰ ſcire đ legibꝰ: adiungemꝰ cũ ſignificatore illiꝰ legis. ꝛ ſi de regno ꝛ i qualibʒ pſona cũ ſignificatore natiuitatis illiꝰ: ꝛ de qualibʒ ciuitate cũ ſignificatore ciuitatis illiꝰ. vbi gratia. Inuenimꝰ vnũ luminare eclypſal' ſignificãs ex legibꝰ legẽ vnã: ꝛ ſciemꝰ ꝑ eũ q̃ʒto tpe durabit lex ipſa. Et ſciemꝰ ꝑ ꝯiũctiões ꝛ eclypſes alias que poſt fuerit q̃tiitatẽ additiõis vel minutõis: ꝛ oẽs mutatões q̃ i lege ipa cõtingent. Poſtmodũ iſpiciemꝰ ſtatũ regni pꝰmõʒ ſtatũ regl q tpe illo erit: deinde ſtatũ tpis: pꝰmõʒ ſtatũ mẽſis i illo tpe: deide ſtatũ diei i illo mẽſe. Cũ ãt h oĩa iſpexerimꝰ ſciemꝰ id qđ accidet oĩ die in q̃lʒ ciuitate ꝛ in quolibʒ hoĩe: cuiꝰ natiuitatem ſciamꝰ. Et hẽas i mẽte affixũ qđ tibi diximꝰ: ꝙ pncipium veris ẽ vtutis maioris ꝛ ſeq̃t̃ illico eſtatis pncipiũ i vtute: ꝛ ſequit̃ pncipiũ eſtatis pncipiũ autũnale: ꝛ h ſeq̃t̃ pricipiũ hyemale: ita ꝙ pmum eſt in modo principij rei. 2ᵐ in modo augmenti: tertium i modo finis: quartum in modo abaſſamenti.

¶ In naturis ſignorũ particularibꝰ qualitatibus anni cõuenientibus. Capl'ʒ. XI.

Dixit Haly.

Ptho. docet nos i hoc capl'o ꝓprietates ſignoꝝ ꝛ graduum ꝑ cõmiſcẽdo virtutes eorum cũ vtute pl'te dñante: ꝛ cũ ſole ꝛ cũ luna ꝛ alia ſupradicta ꝑ exhendo inde nãm vincentẽ ꝛ iudicabimꝰ ſcḿ illud in aere ꝛ omnibus alijs que diximus.

Illorum qdẽ q̃ huic rei neceſſaria ſunt hec p̃dicta nos enarraſſe ꝛ vniuſcuiuſq̃ʒ ſigni naturales ꝓprietates pticulares ex hoc ꝙ ãni qualitatibꝰ cõuenit: ac vniuſcuiuſqʒ ſtellarum ꝓprietates oſtẽdiſſe cõueniẽs ẽ.

¶ Et poſtq̃ʒ cõuenit nobis loq̃ in his q̃bus indigemꝰ cuʒ alio: qđ diximus i ꝓprietatibus vlibꝰ ꝛ pticularibꝰ cuiuſlibʒ ſignoꝝ ptinẽtis ad ſtatꝰ ſui ãni ꝛ ꝓprietatũ cuiuſlibʒ planete.

¶ Poſtq̃ʒ voluit narrare reglas eiꝰ totiꝰ qđ accidit i anno cõuenit vt loquatur i proprietatibꝰ nãlibus ſignoꝝ ꝛ ſuarũ ptiũ ꝑ ſciẽdo id qđ ptinet ad qđlibʒ eoꝝ: qñ in eo fuerit ꝯiũctio vl' oppõ aut pl'ta: dñs ſiue ſol vl' luna: vl' ꝙ hẽat pticipationẽ cũ aliquo eoꝝ i gubernatiõe: ꝛ qñ hec ſciemus ꝛ cognoſcemꝰ accñtia pticl'aria q̃ fiunt i q̊lʒ mẽſe ꝛ oĩ die.

¶ Erraticarũ igitur ſtellaꝝ ſilitudinẽ ꝛ non erraticaruʒ quaꝝ cõpl'ones erraticaruʒ cõpl'onibus aſſimilantur cũ aere ꝛ ventis. ſ. cũ ſol in eis fuerit necnon oĩum ſignoꝝ cũ ventis ꝛ tẽporibus ſimilitudinẽ i p̃miſſis oñdimꝰ. Reſtat itaq̃ʒ particulares eoꝝ naturas aſſignare.

¶ Dicimꝰ ꝙ añ locuti fuimꝰ de cõcordia planetarũ et ſtellaꝝ fixarũ q̃ ſunt de cõplexione planetarum cũ aere et cũ vẽtis. Et ſil'r de concordantia ſignoꝝ cuʒ ventis et tpibꝰ: et remãſit nobis doctrinare ſuas pticulares naturas.

¶ Uult dicere ꝙ quando planeta gubernator partis fortune fuerit fortis ⁊ potẽs ſignificabit ꝙ natus eſt diuitiarum magnarũ: ⁊ ſi cuꝫ hoc accidit ꝙ ibi teſtificent̃ duo luminaria teſtimonio concordie: ſicut aſpectu trino vel ſextili ⁊ in talibus dent virtutem: ſignificabit ꝙ diuitie nati erũt multum maiores: ⁊ valde magne. Et propter hoc ĩtelligit̃ manifeſte qꝛ ſi gubernator ꝑtis fortũe fuerit debilis ꝙ erit natus paucaꝝ diuitiaꝝ: ⁊ ſi virtus eiꝰ fuerit dãnata ſub radijs ⁊ cadẽs ſub terra: natus nullas habebit diuitias nec auere aliq̃ʒ. Et ſi cum hoc ſtatu nõ teſtificabũt̃ ibi ſol ⁊ luna erit natus pauper omnium rerum valde. ⁊ ſi he res mediocres fuerint inter fortitudinem ⁊ debilitatem erũt eiuſdeꝫ maneriei nati diuitie: ⁊ cõuenit vt iudices diuitiaꝝ quantitateꝫ nati a poſſe gubernatoris vel debilitate: ⁊ a teſtimonio luminariũ accordato ⁊ diſcordato.

¶ Preter ꝙ ſaturnus nati diuitias ex edificationibus: vel ex terrarum cultibus: aut ex nauigationibus prouenire ſignificabit.

¶ Scias ꝙ ſaturnꝰ ſignificat ꝙ diuitie nati erũt ex parte terrarum: aut pro laborerio terre: aut pro marinaria.

¶ Pro eo ꝙ ſaturnus accipitur vice ſolis i locis i quibꝰ ſol non habet ſignificationem. Et nulla res diuitiaꝝ ad ſolem pertinet in hoc loco ⁊ ſignificat ſol matrimonium mulieꝝ dantur ſaturno vice ſolis i ſignificatione diuitiarum ꝓ parte laborerij terre. Et qꝛ ſignificat ſimil'r ꝑ ſeipſꝫ aquas magnas dat diuitias pro parte marinarie: ⁊ qñ iuenerimus ſaturnum ſolum gubernatorem partis fortune iſpicies ſi fuerit femina vel aſpexerit ſe cũ venere: ⁊ ⁊ rem talẽ iudicabimus ꝙ diuitie nati erũt pro parte mulierum. Et ſi eum inuenerimꝰ i loco terreo iudicabimus ꝙ diuitie erũt ꝓ laborerijs terraꝝ. Et ſi eũ inuenerimus in loco aque iudicabimus ꝙ diuitie erũt ꝓ aquis vel ꝓ marinaria: ⁊ hoc modo cognoſcemus ⁊ diſtiguemus quẽlibet ſtatuꝫ quos inuenerimus i partitiõe vnius nature.

¶ Juppiter vero deſignabit: ꝙ eiꝰ diuitie ex cõmendationibus: vel ex baiula: aut ex qualibet ꝓbitate cõgregabuntur.

¶ Et ſi iuppiter ſignificat ꝙ diuitie erunt ꝓ ſeneſcalchia vl' ꝓ donis bonoꝝ ⁊ religioſoꝝ.

¶ Uult dicere ꝙ quãdo iuppiter ſolus fuerit gubernator ꝑtis fortune: ſignificabit ꝙ diuitie nati erũt ꝓ parte ſeneſchalchie aut fidelitatis: vel ꝓ alcaldia: ⁊ tu cognoſcere poteris quẽlibet hoꝝ ſtatuũ a rebꝰ tenẽtibus ſecum eis ſꝫ ꝙ iuenerimus ſtatus iouis.

¶ Mars autem ſignificabit illius diuitias ⁊ ex exercitiuũ dñio: regimineqꝫ prouenire.

¶ Et mars ſignificat ꝙ diuitie erũt pro ducẽdo milites aut gubernãdo hoies armorum.

¶ Si mars fuerit dñs ꝑtis fortune: ſignificabit ꝙ erũt nati diuitie ꝑ exercitibꝰ gubernãdis ſeu ducẽdis. Et ſi fuerit minus potens erunt ꝓ ducatu minori. ⁊ ſi i ſigno fuerit fortunarũ: aut in aliqua ſuarũ dignitatũ: erũt ꝓ gubernãdis hominibus: ⁊ huic ſimiles.

¶ Uenus ex amicorũ donationibꝰ: vel ex mulieribus eas coadunari denunciabit.

¶ Et venus ſignificat ꝙ diuitie erunt pro donis amicorum vel mulierum.

¶ Si venus i hac re fuerit gubernatrix ⁊ hũerit aſpectum amicitie cũ dño aſcẽdentis ⁊ cũ aliquo gubernatoꝝ nati: ſignificat ꝙ diuitie erũt ex ꝑte amicoꝝ. ⁊ ſi fuerit aſpectꝰ hic cũ aliq̃ ſignificatoꝝ mulieꝝ nati: ſignificat ꝙ erũt eiꝰ diuitie ꝓ ꝑte mulieꝝ. ⁊ cõuẽit vt iſpicias i quolꝫ horũ ſtatuũ: ꝺ quo ſtatu iueniemꝰ pl'taꝫ gubernatorẽ: ⁊ ſꝫ h̃ iudicabimꝰ.

¶ Mercurius quidem ex mercationis iduſtria diuitias affluere ſignificabit.

¶ Et mercurius ſignificat ꝙ diuitie erunt ꝓ ſcientijs ⁊ mercimonijs.

¶ Qꝛ mercuriꝰ de ſui nã ſignificat ſtatꝰ aie rõnalis: hꝫ ſignificationẽ ſciaꝝ. ⁊ qꝛ ſemꝑ reuoluitur circa ſolem: ſignificat res huic ſil'es. ⁊ hoc ẽ reuoluere ſe in mercimonijs. poſtmodũ ſi fuerit gubernator ꝑtis fortune: inſpicias. ⁊ ſi fuerit in loco ſciarũ: ſignificabit ꝙ ditie erũt ab iſta ꝑte. ⁊ ſi volueris ſcire ꝓ qua ſcia erunt diuitie: iſpicias in quo ſtatu erit mercuriꝰ: ⁊ ad dñm ſui loci. ⁊ ſi fuerit in loco itinerũ aut reuoluendi i lucra: ſignificabit ꝙ diuitie erũt ex parte mercimoniorum: ⁊ ſcire poteris cuiuſmodi mercimonia quando inſpexeris in toto eo quod diximus.

¶ Qꝛ ſi ſaturnus ꝓprie parti ſubſtantie aſſimiletur ⁊ ioui in figura aſſocietur: ſignificabit here-

ditates quas hereditabit. Maxime autem cum in altis angulis fuerit vel ſi in ſigno cõmuni iuppiter extiterit aut cum luna iterum ictiſal habuerit: tunc enim ſignificabit ꝙ natus lucrabitur: ⁊ extraneorum hereditatem hereditabit.

¶ Et ſi ſaturnus proprie ſignificationem habuerit cum fortuna diuitiarum ⁊ concordauerit ſe cum ioue: ſignificabit bona mortuorum que hereditabit. Et maxime hoc ſi fuerit i angulis ſuperioribus: aut ſi iuppiter fuerit in ſigno duorum corporum vel ꝙ ſimiliter habeat aſpectum cuꝫ luna: ⁊ tunc ſignificabit ꝙ hereditabit bona peregrinorum.

¶ Poſtq̃ꝫ dedit nobis naturas pl'arum ſeparatas vnãquãqꝫ per ſe. vult nunc nobis dare regulam eorũ quando participationẽ habuerint vnus. ſ. cum alio in gubernamẽto loci partis fortune: ⁊ non nominauit participationem niſi ſaturni ⁊ iouis: vt inde aſſumamus ad omnes alias participationes exẽplum qđ ponit ꝙ qui intellexerit librum ſuum a principio vſqꝫ ad hunc locũ poterit per ſe intelligere oẽs participationes contingentes ĩter alios planetas. nã ꝙ poſuit ſuper ſolam participationem vnã in hoc ſuffecit: ⁊ poſtq̃ꝫ ſufficiat pro alijs narratio participatiõis ſaturni ⁊ iouis. Ptholo. enim docet nos tres participationes inter ſaturnũ ⁊ iouem que ſignificant rem vnaꝫ generalem: vt accipiamꝰ inde ſignificationem ad omnes alias participationes ⁊ erit ſignificatio triũ participationũ ꝙ diuitie nati erũt pro parte bonoruꝫ mortuorum ⁊ eſt prima eaꝝ poſtq̃ꝫ participat ſaturnꝰ cũ ioue i gubernando partẽ fortune: vel ꝙ vnus ſit gubernator ⁊ habeat aſpectũ cum alio: vl' ꝙ ſit gubernator loci ſui: ⁊ ſimilia. Secunda eſt ꝙ ſi hec participatio in angulis fuerit qui ſunt ſuper terram ⁊ maxime qui ſunt i medio celi erit ſignificatio firmior ⁊ maioris fortitudinis. Tertia eſt ꝙ iuppiter ſit in ſigno duorũ corporum vel ꝙ aſpiciat ſe cuꝫ luna. Et res propter quã ſignificat participatio iouis cum ſaturno habere diuitias de bonis mortuoruꝫ eſt: quia ſaturnus dat infortunam ⁊ iuppiter fortunam. nã hec ẽ res bona tribuens mortuorũ: qꝛ infortuna dat ꝙ morit̃: ⁊ fortuna dat ꝙ hereditat̃ ſua res. Similr pro exiſtentia i ſigno duoꝝ corporũ ⁊ pro aſpiciendo ſe cum luna vt dictum eſt homines extranei de aliena terra vel ꝙ naſcetur ei filius de extranea muliere ꝓ quo hereditare habebit: qꝛ ſignum bicorporeum ſignificat participationem rerum duarum ⁊ ſimilr lune aſpectus. Ptho. auteꝫ ſtabiliuit nobis res iſtas vt ſint radices a quibus ſumamus exempla in alijs planetis quando vnus cum alio participationem habuerit. Et ſi intellexiſti quicq̃d diximus bene ſcire poteris omnes participationes ⁊ q̃d ſignificat quelibet harum: ⁊ regula hec ẽ ꝙ aſpicias quã hꝫ participationem: cum quo planeta ẽ: ⁊ q̃d ſignificet in nati moribꝰ hic pl'ta ⁊ eiꝰ magiſterij: ⁊ ſm hoc iudicabis. v. gr̃a ſi participauerit cũ marte ſaturnꝰ ⁊ hũerit ſignificationẽ aliquã i nati moribꝰ vt ſit latro: ⁊ ſi in ſuo miniſterio vt ꝙ ſit miles iudicabis ꝙ erũt diuitie de rapina vl' i inſidijs itinerũ ⁊ ſil'bꝰ: ⁊ ſi habuerit ſignificationem i nati moribꝰ ꝙ ſit rectꝰ ⁊ iuſtꝰ ⁊ in ſuo miniſterio cuſtodire infirmos: ⁊ ſi fuerit gubernatores ꝑtis fortũe ſaturnꝰ ⁊ mars iudicabis ꝙ erũt eiꝰ diuitie ꝓ eo ꝙ ſit cirugicꝰ vl' pro vulneribꝰ ſanãdis ⁊ ſimilibꝰ. ⁊ ẽ manifeſtũ ꝙ hec oĩa ſcire potes qñ inſpexeris i oĩbꝰ ſtatibꝰ pl'taꝝ in eo ꝙ ſignificãt mores ⁊ iuſtitiã: ⁊ qñ rem iſtam volueris iudicare expedit ꝙ inſpicias bñ i toto qđ vſqꝫ huc diximꝰ i h libro: ⁊ i h qđ ſeq̃t.

¶ Stelle quidem que fuerint ex haiꝫ ſtellarum diſpoſitionem habentiuꝫ cum eis teſtificantur nati diſpoſitionem apud euꝫ remanere ⁊ ſaluare deſignabunt. At ſi ſtelle que ex haiꝫ cõtraria fuerit ſuper loca auctoritatis eleuent̃ vel ad ipa ſubſequẽtes eãt: amiſſionẽ ſubſtãtie demĩabũt.

¶ Et planete qui ſunt de haiꝫ planetaruꝫ gubertorum ſi teſtificabunt eis: erunt diuitie ille durabiles ⁊ cuſtodite nec mutabuntur. Et ſi planete qui ſunt de conuerſo haiꝫ eleuati fuerint ſuper loca principalia qui ſunt ſequentes ea vel quia vadãt ſignificant diuitiarũ ãmiſſioneꝫ.

¶ Nõ hñt ṽtutem teſtimonia pl'taꝝ cõtrarioꝝ niſi quando fuerit in cõiũctõe vel oppoſitione aut quarta. ⁊ gñal'r cum ſua contrarietate ſint nocẽtes cũ aliquo aſpectu. loca eniꝫ ꝑ̇ncipalia iaꝫ oñdimꝰ i capl'o vite ⁊ dixit ꝙ ſũt quattuor. locus ſolis. locus lune. aſcẽdens ⁊ locus ꝑtis fortune. Et conuenit vt ſꝑ ordines ⁊ ponas primo habentem maius poſſe ſicut diximus in multis locis ⁊ hoc totũ bene poteris iudicare inſpiciendo ad capitulũ ꝑ̇mum prope: ⁊ ad id qđ diximus in alijs capitulis de modo ꝙ id bñ ĩtelligas.

¶ Uniuerſal'r vero tempus in quo iſtud eueniet ex ſtellarum que futuri ſunt occaſio aſpectibus ad angulos vel ad loca ad angulos aſcendentia deprehendetur.

¶ Et generaliter tempus in quo eueniet poteſt ſciri a ſtatu planetaruꝫ hoc facientium in angulis ⁊ in locis ad angulos aſcendentibus.

¶ Uult dicere ꝙ ſcire poſſumꝰ tp̃s quo natus habebit diuitias et horã qua ꝑdentur ſi ꝑdi debuerit a q̃ꝫtitate acuitatis ṽtutis pl'taꝝ facientiũ vnãquãqꝫ reꝝ iſtaꝝ. ⁊ iã gloſauimꝰ hoc i tractatu ꝑ̄terito. Sil'r a locis pl'taꝝ faciẽtiuꝫ h qñ ĩſpexerimꝰ ad ãgulos ⁊ aſcẽdẽtia loca ad angl'os. Et iã diximus hanc totam gloſam in capl'o vite: id qđ in capl'is illis dixit oſtendemꝰ tibi: dico ꝙ pl'te feſtini motꝰ ⁊ q̃ ſũt orientales a ſole: ⁊ illi q̃ ſt̃ i medietate oriẽtali celi: ⁊ ſil'ia: ſignificant ꝙ tp̃s rei erit citiꝰ: ⁊ ordinabis ſignificationẽ harum rerum: vt citius ſint ſꝫ hos ſtatus quos ĩuenies i illis planetis. Et pl'te ſil'r q̃ ſũt tardi motꝰ ⁊ occidẽtales in medietate occidẽtali ⁊ ſil'ia: ſignignificãt ꝙ res accidẽt tarde ⁊ ꝓlongabit̃. ⁊ ordinabis ſignificationẽ pl'taꝝ ſm hos ſtatus i q̃bus hos ĩuenies. Sil'r quãdo ſciemus q̃ꝫtuꝫ fuerint ab angulis elongati: ⁊ ad quos vadunt ſicut demonſtrauimus in capi. vite ꝑ atazir ꝓ eo ſcire poterimꝰ ẽt ſi erit cito: ⁊ ſi ꝓlõgabitur: ⁊ quo tẽpore erũt lucra vel amiſſio certe.

¶ De ꝓſperitate ⁊ in valitudine nati. Ca. II

Dixit haly.

Jam diximus ꝙ honor ⁊ valitudo eſt res dicta fortuna ⁊ cũ iudicio illiꝰ cõplet̃ i iudiciũ diuitiaꝝ.

Res autem valitudinis ⁊ eiuſdem in valitudine proſperitates.

¶ Honorem ⁊ fortunam ad ſe pertinentem.

¶ Quod dixit fortunam ad rem pertinentem honoris: oſtendit diſtinctionem honoris. Nam dicit ꝓ honore fortunam completam. ⁊ quando dicit fortunam ẽ eſt fortuna pro aliqua re ſola cognita.

¶ Ex luminarium ac ex ſtellarum ea circundantium qualitatibus: ⁊ vt eorum itidem ſimilitudinem cuꝫ hoc attendimꝰ ⁊ obſeruare neceſſe ẽ.

¶ Conuenit nobis aſpicere a ſtatu duorum lu-

minarium: ⁊ a ſtatu planetarum ea circundan/tium: ⁊ cuꝫ hoc ſimiliter habemus inſpicere in concordantia ſua.

¶ Uult dicere ꝙ regula generalis qua ſciemus res pertinẽtes ad fortunam eſt inſpicere in ſtatu ſolis ⁊ lune ⁊ pl'taruꝫ circundantium eos.

¶ Cum enĩ vtraqꝫ lũinaria in ſignis maſculinis fuerint: ⁊ vtrũqꝫ vel eorum alterum in angulis extiterit: maxime autem illꝺ quod domin⁹ haiꝫ fuerit ⁊ qnqꝫ ſtelle erratice ea circundederint: circundanteſqꝫ ſolem matutinales ⁊ lunaꝫ ambientes veſpertinales extiterint: ipꝫ natũ regem fore non dubitabimus.

¶ Ita ꝙ quando duo luminaria fuerint in ſignis maſculinis ⁊ ambo in angulis vel vnus eorum ⁊ maxime qui eorũ fuerit domin⁹ haiꝫ: ⁊ qnqꝫ pl'te fuerint circa ea: ⁊ q circa ſolem fuerint ſint matutinales ⁊ qui circa lunã veſpertinales: erit natus rex.

¶ Figura faciens natum regem eſt ꝙ ſint ſol ⁊ luna ĩ ſignis maſculinis ⁊ in angulis: ⁊ ſi non ambo in angulis eorũ vn⁹ in angulo qui ſit domin⁹ haiꝫ: ⁊ hoc eſt ſol de die ⁊ luna de nocte: ⁊ ꝙ quinqꝫ planete ſint circa luminaria ⁊ exiſtentes circa ſolem ſint matutinales: ⁊ circa lunam veſpertinales. Et iam ſcis ꝙ circundare eſt ꝙ ſit vnus pl'ta ante ⁊ alius retro eundem planetam vel radios ſuos. Et quando in nati/uitate alicuius talem figuram inuenerimus dicemus ꝙ erit rex ⁊ ſui magnitudo regnatoris erit ſm horum fortitudinem: qꝛ ſi ſol fuerit in .10ª. domo in ſigno maſculino ⁊ oẽs planete circacũqꝫ ipm aſpiciãt: dicem⁹ ꝙ natus erit mira/bilis ⁊ potens. Cum autem figuram talem inueneris non oꝫ te inquirere a quo loco procedit: ſed ſolum ſi vixerit: vel ſenſum habebit in natiuitatibus filiorum regum: cõuenit vt iſpicias ad ſignificatorẽ regni ⁊ gentis ac patris ⁊ iudicare in quolibet horum ſm concordantiam ⁊ diſcordantiaꝫ ſoluꝫ quã hñt. Et quando inuenies hanc figuraꝫ quã ptholemeus dixit ⁊ inueneris nato vitam qua poſſit hoc cõpleri ⁊ inuenies ipm habiturum virtutem cordis ⁊ aĩe cõcordantem cum eo iudicabis ꝙ natus erit rex licꝫ ſit fili⁹ mercatoris vel ſerui. Et ita cõuenit vt intelligas: quia res ẽ manifeſta. Quoniã iã multos ĩuenimus mercatores ⁊ ſeruos qui in multis terris reges fuerunt ⁊ conſueuerũt eſſe viles ⁊ ſerui: ⁊ debiles mercatores. Et conuenit vt ſcias ꝙ ſi cuꝫ tali figura cõcordauerit aliqua ex ſtellis fixis ita ꝙ ſint cũ duob⁹ luminarib⁹ ſuper vno circulo erit nati potentia magna valde ⁊ citi⁹ ac fortior erit exñtibus illis fixis de haiꝫ facientibus fortunam.

¶ Sed ſi ſtelle que ea circũdant in angulis item extiterint aut cum angulis ſupra terram exiſtentibus in figura ſocietatem habuerint: erit natus magne valitudinis atqꝫ potẽtiſſim⁹ ⁊ rex mũdi.

¶ Similiter ſi planete circundantes ea in angul' fuerint: ⁊ in figura participationem habuerint cum angulo qui eſt ſuper terram erit nat⁹ multum mirabilis magni facti magne potẽtie: ⁊ rex valde potens in tota terra.

¶ Uult dicere ꝙ planete ⁊ ſtelle fixe circundantes ſolem vel lunam: vel ille qui eſt ex eis domin⁹ haiꝫ: ſi fuerint in angul': aut habuerint participationem cum 10ª domo in figura ſignificabit regnatũ; iudicabis ꝙ nat⁹ erit po'ᵉ ⁊ ſectl magni in ſuo regno: ⁊ regnabit ĩ maiori parte habitabil' terre: aut ĩ valde magna parte illius.

¶ Eius etiam fortuna cum ſtelle circundantes dextre fuerint ⁊ angulis ſup terram exiſtentib⁹ fuerint aſſociate: augmentabitur.

¶ Et augebitur multum in fortuna ſua quando fuerint pl'te circundantes ſtellas ⁊ hũerint pticipationem figure cũ angulis q ſũt ſup terraꝫ.

¶ Ul't dicere ꝙ quando figura pl'tarum ſignificabũt in aliqua natiuitate ĩ angulis regnatum ꝙ augebit̃ ĩ fortuna natus ille ĩ ſuo regnatu ⁊ poſſe. Et ſi pl'te ⁊ ſtelle fixe cicundãtes lumĩaria fuerint bene potentes: quia dextre ſunt maioris potentie ꝙ̃ ſiniſtre: ſicut oſtendim⁹: ſi tales potẽtie fuerint ⁊ ſe cõcordauerit cũ aſcẽdente ⁊ 10ª domo natus erit maioris potẽtie ⁊ fortune.

¶ Cum aũt ceterarum ſtellarũ qualitates velut hec qualitas fuerit: ſoluſqꝫ ſol ĩ ſigno maſculĩo rotauerit: luna ỽo ĩ femĩno ⁊ eoꝝ alter ĩ angul' fuerit: nat⁹ erit hõ ſoli⁹ regiminis ⁊ ĩterfector.

¶ Et ſi ſtatus quinque planetarum fuerit iſto modo: ⁊ ſol in ſigno maſculino ſolum ⁊ luna in feminino: ⁊ vnus eorum in angulo: natus erit ſolummodo populi gubernator: iuſtitiandi: ⁊ incarcerandi: potentiam habiturus.

¶ Quando omnes planete ſignificauerit ꝙ natus erit rex ⁊ ex hoc minuuntur ſolummodo ꝙ ſol eſt in ſigno maſcu/lino ⁊ luna in feminino: ⁊ vnus eorum in angulo: ⁊ ali⁹ nõ talis figura de tanto diminuta ſignificat ꝙ natus non amplificabit̃ vt ſit rex: ſed vt ſit tãtummodo gubernator potens de iuſtitiando multos: interficiendo ⁊ incarcerando. ⁊ hoc dixit ſimiliter ptholeme⁹: lꝫ nat⁹ non ſit de loco ꝙ talis eſſe debeat. Nam vidi multos qui erant valde ex vilibus ſeruis ⁊ applicuerunt ad hunc ſtatum. Et vidi vnum qui erat ſargentus cuiuſdam vilis ſerui: ⁊ creuit factum et honor ſuus donec venit ad poſſe habenduꝫ in maiori parte terre egypti; ita ꝙ habuit vltra centummilia hominum armigerorum ad ſuum mandatum. ⁊ talia qualia iſta ſatis inuenta ſunt in hominibus. Quod autem tibi conuenit in hoc loco: eſt vt adiungas ſignificationem huius figure cuꝫ ſignificatione vite ⁊ corporis complexione: ac anime moribus ⁊ diuitijs. Et ſi rem parum volueris affirmare: aſpice concordantiam quam natus habebit cum ſignificatorib⁹ regni in quo eſt: aut cum ſignificatoribus regis aut cuꝫ aliquo ſignificatorum qui oſtenderunt in mundo accidentia grandia: ⁊ ſic certius rem intelliges; quia talis fortuna qualis iſta eſt fortuna: vicariorum: regum: ⁊ ducum: exercituũ gubernatorum: ⁊ intelliges ſi natus erit vicarius regis: aut dux exercituum a re dante in natiuitate ſua diuitias: ⁊ propter miniſteriuꝫ quod habebit: ꝙ ſi diuitie fuerint pro parte ſcientie ⁊ rerum quas dat mercurius: erit vicarius: ⁊ maxime ſi iuppiter habuerit participationem cum eo. ⁊ ſi habuerit pro parte martis: erit exercituum gubernator vel dux magnus: et maxime ſi cum eo habuerit participationem iuppiter ⁊ mercurius: ⁊ poteſt peruenire ad talem dignitateꝫ qualis iſta deſcendens a ſtirpe nobili pro ſole qui habet aliquantulum ſignificationis talis fortune ⁊ fuerit ſignificatio planetarum in ſua natiuitate huius maneriei.

¶ Et ſi cum hoc circundantes ſtelle in angulis non appareant nec eis teſtificentur: erit natus

magni nominis tm̄: ⁊ eius valitudo velut illius qui vni parti dominabitur apparebit: ſeu velut dominiuꝫ baiuli: ſeu dominiuꝫ exercitus: ⁊ nō vt dn̄iuꝫ alcaidis qui toti regno diſponit.

¶ Et ſi cum hoc planete circundantes in angulis non fuerint: nec teſtificabuntur angulis: erit natus honoratus ſolum de magno modo: ⁊ erit honor eius ſicut habentis magnū poſſe ſuper aliquā villam: vel habebit redditus regis videre: aut erit dominus militie: non ꝙ habeat talem honorem quālem exercitus gubernator ⁊ totius regni.

¶ Vult dicere: ꝙ quando figura ſignificauerit regnum et fuerit ſol in ſigno maſculino: ⁊ luna in femino: ⁊ vnus coꝝſelus in angulo: ⁊ planete circundantes ſolem et lunam in angulo non fuerint nec teſtificabūtur eis talis q̄lis hec figura ſignificat ꝙ natus erit ſolum de magno modo: et erit fortuna ſua ſicut eorum qui precipiunt alicui ville aut maiorum domus regum: ⁊ ſicut antianorum ſuper militias: vl' homines armoꝝ nō ꝙ perueniat ad fortunā: ꝙ ſit dux magnus toti⁹ regni ſicut regum vicarij in toto regno.

¶ At ſi non luminaria: ſed q̄ꝫplures illaruꝫ ſtellarum circundatricum in angulis extiteirnt: vl' cum eis in figura ſocietatem habuerint: nō erit tante valitudinis nec etiam magni nominis: ⁊ ignorabitur. In diſponendo tamen ciuitatibus preualebit: ⁊ ī reb⁹ diſpōnis vite mediocris erit.

¶ Et ſi luminaria nō fuerint in angulis ⁊ maior pars ſtellaꝝ ea circundantium fuerit in angulis: vel habeat participationem cum angulis in figura: honor ſuus non erit famoſus nec manifeſtus: tamen erit antianus in gubernādo aliquas villas mediocris in vitā hominū gubernando.

¶ Si ſol ⁊ luna non fuerint in angulis ⁊ maior pars planetarum eos circundantium in angulis fuerint: aut participationem habuerint cum angulis in figura ſignificabūt ꝙ natus fortunatus erit mediocris tamē ſi luminaria fuerit in ſuis dignitatibus ⁊ planete ea circundantes in dignitatibus ſuis ſignificabit ꝙ natus erit mediocris in gubernando aliquas villas. Et ſi mars fuerit dominus in facto diuitiarum ſuaruꝫ: natus erit mēmus vel ei ſimilis. Et ſi fuerit iuppiter loco martis alcaldus vel iudex: ⁊ ſi ſaturnus erit director. Et ſi venus erit gubernator legis: et ſi mercurius erit ſcriptor mediocris honoris. Et hoc mō ſumas exemplum in omnibus regulis que dicte ſunt in capitulo iſto. Et ſi luminaria non fuerint in ſuis dignitatibus. Et ſimiliter planete circundantes ea erit mediocris inter homines conditionis ſue: ſi fuerit mercator erit mediocris et ſi phyſicus ſimiliter: ⁊ ſimilia.

¶ Si autē ſtelle que luminaria circundauerint nullam cum angulis ſimilitudinem habuerint: natus in ſuis opibus miſer ⁊ infelix apparebit.

¶ Et ſi planete luminaria circundantes cum angulis non fuerint accordati: erit natus vel ī ſuis factis modice fortune: ⁊ n iquocūqꝫ fuerit.

¶ Vult dicere quando ſol ⁊ luna non fuerint in angulis ⁊ ſimiliter planete circundantes ea nec acordauerint ſe cū angulis erit natus fame modice ac fortune in q̄to fecerit.

¶ Or ſi luminaria nec in angulis nec ī ſignis maſculinis extiterint: nec ea etiaꝫ fortune circūdederint: erit ī extremo miſerie ⁊ improſperitatis.

¶ Et ſi luminaria non fuerint in angulis nec ī ſignis maſculinis; ⁊ non circundauerint ea fortune: natus erit multum plenus laboribus depreſſus ⁊ vilificatus.

¶ Vult dicere ꝙ quando ſol ⁊ luna non fuerint in angulis nec in ſignis maſculinis nec planete circundantes ea fuerint in angulis nec acordauerint ſe cum angulis ⁊ nulla fortuna teſtificabitur alicui locorum principalium natus erit multum laborioſus vilificatus: pauper: īfortunatus ⁊ ſimilia. Et manifeſtum ē ꝙ ptho. dedit nobis regulam: per quā datur nato magna ⁊ bona fortuna: ⁊ ecōuerſo. ſimiliter dedit nobis regulas dātes fortunas mediocres. Et poſtq̄ꝫ ita eſt conuenit vt aſpiciamus ſemper in facto fortune a ſtatu ſolis ⁊ lune: ⁊ planetarum eos circundantium ⁊ comparationē quā habēt anguli. Et ptho. docet nos totū p ħ dictuꝫ.

¶ Via igitur qua in harum rerum inueſtigatione eſt incedendū: eſt hec quam in augmento valitudinis: ac diminutione monſtrauimus.

¶ Et via tota quam debetis ſumere in his rebus eſt ſicut diximus in augmento honoris ⁊ diminutione ipſius.

¶ Vult dicere ꝙ regl'a generalis qua ſcire poſſumus factū fortune ⁊ quāta erit modica vel multa debet accipi a ſtatu ſolis ⁊ lune: ⁊ planetarum eos circūdantium: quomodo exiſtunt in comparatione anguloꝝ ⁊ locoꝝ in quibus ſunt.

¶ Quamplures autem qualitates que ſunt inter augmentum ⁊ diminutionem per ea que in illa ſpecie particularis alterationis inuenta ſunt quam habent luminaria ⁊ ſtelle que ea circūdederunt: ⁊ que circundantibus diſpoſuerit: nos obſeruare debemus.

¶ Et conuenit vt ſtatus dantes augmentuꝫ fortune ⁊ decrementum: ⁊ ſunt multi: perquiramus a rebus que erūt inuēte in ipſa manerie de mutatione particulari quam habebunt luminaria in planetis: ea circundantibus ⁊ gubernantibus ipſos planetas.

¶ Status qui ſunt inter agmentum ⁊ minutionem fortune ſunt illi qui erunt inter gradum valde magni regis ⁊ ei⁹ qui eſt valde depſſus: ⁊ fortune modice: quia homines habent m'ltos in fortuna gradus: vnus ſcilicet alio altiorem: ita ſcilicet ꝙ augmentum applicat ad gradum valde magnum regis ⁊ nobilis et applicabit in minutione ad fortunam multum paucam: nec multam. Et mutatio particularis quā habēt luminaria ⁊ planete ipſa circundantes et gubernantes ipſos planetas ⁊ ꝙ ſint luminaria in duobus ſignis maſculinis ⁊ ꝙ vnum ſit in angulo et aliud non: vel ꝙ ſit dominus haiç eorum de meliori ſtatu alio vel ꝙ ambo ſint in ſuis dignitatibus ⁊ alia que in hac ratione oſtenſa ſunt: ſimiliter ⁊ ſtatus planetarum ea circundantium et gubernantium ipſos planetas. Et poſtq̄ꝫ ita eſt figure planetarum ſunt multe et diuerſaꝝ manerierum et quelibet eaꝝ dat vnū ſtatū fortūe ꝓpriū ad eā ptinētē: qđ ſcire ꝑ certo bn̄ potes ſi itellexiſti qđ te vſqꝫ hic docuim⁹: et p exēpla

natiuitatum que tibi dabimus in fine huius libri.

¶ Nam cū diſpoſitrices dn̄e haiz vel fortune fuerunt: natus in valitudine magis durabit.

¶ Ita ꝙ iſti gubernatores ſi fuerit domini haiz vel ſint fortune: conuenit ꝙ honor maior ꝛ firmior ſit.

¶ Uult dicere ꝙ quando ſciemus ꝙ natus habebit fortunam aliq̄ ꝛ ſciemus quanta erit pro q̄titate vite ꝛ complexione ac moribus ſuis pro ſtirpe vnde proceſſit ꝛ a loco vnde habebit diuitias. Et inſpiciemus poſt ea ꝙ planete gubernātes loca ſolis ꝛ lune ꝛ illi qui gubernāt planetas eos circūdātes fuerint accordati cum ſole ꝛ luna: ꝛ cum planetis qui eos circundant iudicabimus ꝙ illa fortuna erit altior: nobilior: firmior: et melioris ſtatus. ſimiliter iudicabimus ſi planete gubernatores fortune fuerit: ſicut iuppiter venus et mercurius quando fuerit de complexione vnus eorum. Et conuenit ſimiliter vt accipiamus a ſtellis fixis aliam ſignificationē in hoc loco: quia ſi fuerint vnius concordantie: ſignificāt ꝙ fortuna altior et durabilior erit ac melioris ſtatus.

¶ Si autem contrarie haiz dominētur: aut ſint infortune: eius valitudo debilis apparebit: ꝛ leuiter tranſibit.

¶ Et ſi iſti fuerint contrarij domini haiz vel fuerint infortune: ſignificant ꝙ erunt cū vilicatione ꝛ raſēz deperdunt.

¶ Jam diximus ꝙ haiç accordatum eſt ꝙ ſit planeta de loco ſuo d̄ natura ſigni ī quo moratur vel ad quē applicat. Et eſt manifeſtum ꝙ hoc haiç diuerſum in hoc loco eſt quāto planete gubernatores ſolis ꝛ lune ꝛ eorum qui circundant fuerint diſcordati cum eis gubernātib⁹. et quādo ita fuerit ſignificāt ꝙ nati fortuna erit vilior ꝛ minoris tēporis.

¶ Res vero future valitudinis ex ꝓprijs ſtellarū q̄litatib⁹ q̄ lūinaria circūdant ſūt obſeruāde.

¶ Tamen quō erit factū honoris qui eueniet in ſciendo ꝯuenit vt inſpiciamus a ſtatu planetaꝝ luminaria circundantium.

¶ Uult dicere ꝙ quando ſcire voluerimus factuz fortune quā nat⁹ habebit: quomodo erit: iſpicias hec ambo a ſtatu in quo inuenias planetas: ꝛ hoc eſt inſpiciendo illum maioris ſtatus ꝛ fortitudinis ꝛ habentez plus dignitatum in gubernamento: ꝛ iudicabis per eum.

¶ Cum hui⁹ et enim rei diſpoſitor ſaturn⁹ fuerit fortitudo valitudinis in multitudine ſubſtantie ꝛ in ꝯgregatione pecunie permanebit.

¶ Ita ꝙ ſi ſaturnus huius rei fuerit gubernator erit vis honores ī habendo multas hereditates ꝛ ſimilia.

¶ Uult dicere ꝙ ſi ſaturnus h⁹ ſtat⁹ fuerit gubernator: erit virtus fortune nati in habēdo multas hereditates et bona mortuorum. Et eſt manifeſtum ꝙ ſi ſaturnus fuerit in bono ſtatu: natus erit letus cum illis diuitijs ꝛ honore: ꝛ ſi in malo ſtatu ſicut illi qui ſunt ſemper laborioſi licet ſint domini hereditatum multaꝝ. Et manifeſtum quia tunc ſunt adeo parci ꝙ de ſuo bonū non facient ſibypſis ꝛ inter hos ſtatus ſunt alij multi de plus et minus ꝙ bene intelligere poteris per te ſi bene gloſas intellexiſti preteritas.

¶ Sed ſi iupiter vel venus extiterit: erit ei⁹ fortitudo in iocunditatibus ꝛ donationibus atq̄ honorificentia ꝛ magnanimitate.

¶ Et ſi fuerit iupiter aut venus: erit ſua virt⁹ in gaudijs: letitijs: donis: ꝛ nobilitatibus.

¶ Si iuppiter aut venus gubernatores fuerint erit ſicut dixit. Et eſt manifeſtum ꝙ ſi fuerit in bono ſtatu: ꝙ bonum apertius erit et melius. Et ſi in malo ſtatu: minutum erit bonum: ꝛ ipſe de honeſtatus pro eo.

¶ Quod ſi mars fuerit: erit ī dn̄io expeditionū ꝛ in victorijs ac ī ſuoꝝ ſubditoꝝ timore.

¶ Et ſi mars fuerit ſignificator erit dux exercit⁹ ī vincendo ꝛ leuando metuz ab ipſuz habētib⁹.

¶ Uult dicere ꝙ ſi gubernator huius ſtatus fuerit mars: maior virtus fortune erit in ducendo exercitus ꝛ ſuos inimicos vincendo ꝛ intelligendo metum ab ipſo tibi vult iponere. Et eſt manifeſtum ꝙ ſi mars fuerit in bono ſtatu ꝙ res erit maioris virtutis ꝛ magis directa ꝛ recta. ꝛ ſi in malo ſtatu: erit debilior ꝛ cuz ſuperbia.

¶ Et ſi mercurius fuerit: erit ī itellectu ꝛ diſciplina ac rerum diſpoſitione.

¶ Et ſi fuerit mercurius eſt ī intellectu doctrinamento ꝛ ſapiētia ꝛ multis reb⁹ alienando.

¶ Si mercurius fuerit gubernator: erit virtus fortune: vt dixit. ꝛ ſi fuerit in bono ſtatu: hoc nobilius erit ꝛ melius: et ſi in malo: minus ꝛ minoris precij. Similiter ſi duo planete dominabuntur in hoc ſtatu vel plures: erit fortuna de ſuis naturis compoſita. verbi gratia: aliquis erit ſapiēs habens multas hereditates ꝛ erit auarus: ꝛ alter liber ꝛ magnum quid. Et aliquis dux armorum poteſt eſſe ſapiens et intelligens ꝛ ſimilia. hic enim non expedit alia gloſa: q2 in eo quod tranſiuit docuit totum.

¶ In magiſterio nati: ꝛ ei⁹ opere. Capi. III.

Dixit haly.

Quod capitulum iſtud eſt complementum capituloꝝ que tranſiuerunt: quoniam miniſterium eſt declaratum in iudicijs ꝛ fortuna.

Opus quippe nati eiuſq̄ magiſterium duobus modis per ſolem. ſ. celiq̄ medij ſignum dignoſcitur.

¶ Miniſteriuz autez ꝛ op⁹ nati ſciri poteſt a duabus rebus: vz a ſole ꝛ luna: ꝛ a ſigno in celi medio exiſtente.

¶ Ptholemeus dixit in hoc loco pro fortuna ꝛ miniſterio ſtatuum ꝛ dominus ſtatus miniſterij nati et ſui officij ſciri poteſt a duabus rebus: ſole ꝛ luna: et alia a ſigno in celi medio exiſtente: quia ſol eſt potentior ꝛ maioris dominij ceteteris planetis et. io. dom⁹ ſimiliter in reſpectu aliarum domorum. Et miniſterium hominis eſt res cum qua durat fortuna ſua: et cūqua poteſt habere res alias et lucrari: ꝯuenit vt factum officij teneatur qd̄ lucretur a ſole et decima domo virtutem talem cū qua naturā habeat: vt opera ſua ſint potentiora maioris virtutis et plus completa.

¶ Naz ſtella que de ſub radijs ſolis egreſſa mane modicum apparuerit: ꝛ que in celi medio fuerit: proprie autem ſi cum luna ictiſal habuerit nobis obſeruare neceſſe eſt.

¶ Ita conuenit nobis aſpicere ad planetam qui apparet in mane ſupra ſolem circa eum. ꝛ illum qui erit in medio celi: ꝛ maxime

ſi habuerit aſpectum cum luna.

¶ Planeta matutinalis qui eſt magis circa ſolē eſt qui ante eū ſubit paꝝ ⁊ hꝫ a ſole maiorē virtutē alijs: ſiſr planeta exiſtēs in decima domo habꝫ maiorē virtutem ꝗ̄ꝫ ceteri in alijs angulis exiſtētes. Et ſi habuerit participationē cū luna virtus eius erit maior ⁊ maioris dominij.

¶ Or ſi hec duo que ꝑdicta ſūt in vno tm̄ planetarū inuenerimus euꝫ ſoluꝫ in his obſeruabimꝰ Si autē alterum eorum vni planete: alterum vero nulli ꝯtingat: eū cui tm̄ alteruꝫ ꝯtinget: obſeruandum fore ſancimus.

¶ Si inuenerimus hos ſtatus i vno planeta cōuenit vt iudicemus ꝑ ipſum planetaꝫ ſoluꝫ. ⁊ ſi vnum horū ſtatuuꝫ inueniemus vni planete: ⁊ alius ſtatū nulluꝫ habuerit ab alijs planetis iudicabimꝰ ꝑ illum qui ſolum habuerit ſtatum.

¶ Unus hoꝝ ſtatuū eſt pl̄ta exiſtēs circa ſolē apparēs mane circa radios: alius ſtatꝰ eſt ꝙ alter pl̄ta in medio celi ſit in domo .io. ⁊ aſpiciat ſe cū luna. Quia pl̄ta ꝗ fuerit in .io. et habuerit aſpectū cū luna habebit virtutē ſic magnā vt ille ꝗ apparet mane circa radios. Cū aūt habuerit virtutes eq̄les: accipiemus ꝑmo illū: ꝗ habuerit pl̄es dignitates ⁊ aliū poſt eum qui participat in ſignificatione.

¶ At ſi idē planeta qui de ſub radijs ſolis egreſſus mane modicum apparuerit: ⁊ i celi medio fuerit: ⁊ alius ꝑter ipſum lunam aſpexerit: erit vterqꝫ ꝯſiderandus. Illum autem qui ſecundū multitudinē numeroꝝ auctoritatum ꝓprie diſpoſitionis velut premiſſum eſt: alteri preualebit: premittemus.

¶ Et ſi fuerit aliq̄s planeta circa ſoleꝫ apparēs mane alter i medio celi aſpiciēs ſe cum luna iudicabimus ꝑ ambos ⁊ preponemꝰ illum qui i loco queꝫ ꝑdiximꝰ plures habuerit dignitates.

¶ Uult dicere ꝙ qn̄ virtus amboꝝ pl̄taꝝ fuerit eq̄lis accipiemꝰ ſignificationē ab ambobꝰ ⁊ ꝑponemus fortiorē ⁊ alter iuuabit in opere ꝑmi: vl̄ minuet de eo. Et eſt manifeſtū ꝙ ille ꝗ fuerit circa eū ⁊ habuerit aſpectū cū luna habebit maiorē virtutē: ⁊ hoc mō inſpicies in alijs planetis.

¶ Siqueꝫ auteꝫ planetarum de ſub ſolis radijs egreſſuꝫ mane modicū apparere vel in celi medio moueri nō inuenerimꝰ: medij celi dn̄m accipiemꝰ: ꝑter ꝙ in tardis operibꝰ hoc euenire manifeſtū eſt. cuiuſcūqꝫ etenī huiuſmodi q̄litas fuerit ocioſus in maiori parte permanebit.

¶ Etſi nullū iueniemꝰ planetā ꝗ mane appareat circa ſolē: nec vllū iueniemꝰ in medio celi: cōuenit vt accipiamꝰ dn̄ꝫ ipꝫ mediū celi: cū iſte erit i operibꝰ tēperatis vel tardis nā talis q̄lis iſte ſtatus: ſignificat ꝙ natus erit ꝓ maiori parte ſui tēporis ſine officio vllo balderus.

¶ Uult dicere ꝙ qn̄ petemus dn̄ꝫ officij: ⁊ non iueniemus vllū planetā ꝗ ſit matutinalis: nec vllū in medio celi accipiemus planetā habētem maiorē dignitatē in gradu .io. et hoc erit in officijs que ſunt ad tēpus: qꝛ ꝓ maiori parte ſtatus balderus erit ſine officio.

¶ Hec via eſt igiť qua ad cognitionē qualitatuꝫ ſtellarū quaꝝ eſt operis ac magiſterij diſpō: necnon eaꝝ que otium ſignificāt ꝑnenimꝰ.

¶ Qualitas aūt operis ⁊ magiſterij non niſi ex trium ſtellarum ꝓprietatibus: que ſunt mars ⁊ venus ⁊ mercurius: necnon ex ſignoꝝ in quibꝰ fuerint qualitatibus deprehendentur.

¶ Et ē via in cognoſcēdo factū planetaꝝ gubernantiū miniſteria ⁊ officia cū ſtatus miniſterij ⁊ officij ſciri pōt a natura triū planetaꝝ: qui ſūt mars: venus: ⁊ mercurius: ⁊ a ſtatibus ſignoꝝ in quibus ſunt.

¶ Uult dicere ꝙ qn̄ ſciuerimus q̄s pl̄ta eſt dn̄s officij: ⁊ voluerimus ſcire ꝓ certo miniſterium quale erit: iſpiciemus qualis erit ſtatꝰ ipſius pl̄te cū illis tribꝰ quos dixit: ⁊ q̄ res cōponiť de ſui natura ⁊ de natura ſigni i quo morať. Et qn̄ ſciuerimus hoc iſpiciemus cuiuſmodi ꝯcordantia erit iter eos: ⁊ qn̄ ſciemus cōmixtioneꝫ nature q̄ de illis cōponitur ſciemus pro certo miniſterium quale erit.

¶ Nam ſi mercurius auctor operis ⁊ magiſterij fuerit: natus erit baratator ⁊ computator atqꝫ doctor: mercator etiā ac numerator: rerū cognitor ⁊ imolator: per ſtellaruꝫ quoqꝫ vires iudicabit: ⁊ generaliter in libroruꝫ lectōibꝰ ac eoꝝ expoſitionibus verſabitur: dabit ēt ⁊ accipiet.

¶ Ita ꝙ ſi mercuriꝰ fuerit ꝗ dederit miſterium ⁊ officiū: natꝰ erit mercator: baratator: ſapiēs i multo: aut cāpſor: aut diuinator: ſapiens in iudicijs aſtronomie: factor ſacrificioꝝ: ⁊ gn̄alr̄ erit homo qui itromittet ſe de libris ⁊ de gloſādo: dando ⁊ recipiendo.

¶ Si mercurius ſolus fuerit dn̄s officij: ſignificabit vl̄iter officia q̄ dixit ptho. ⁊ ſignificabit q̄ōlibet ⁊ ꝓprie ſm naturā ſigni in quo erit ⁊ ſm naturā termini in quo eſt. vbi gr̄a. ſi fuerit mercurius in ſuiſmet dignitatibus: ſignificabit ꝙ erit numerator: gloſator: ⁊ baratator dandi ⁊ recipiendi ⁊ ſimilia. Et ſi fuerit in dignitatibus iouis erit mercator vel cāpſor. Et ſi in dignitatibus veneris erit aſtrologus ſapiēs in iudicijs aſtronomie.

¶ Or ſi ſaturnꝰ ei teſtificeť: erit alienaꝝ reruꝫ diſpoſitor: ⁊ ſomnioꝝ iterpres: vel in domibꝰ dei occaſiōe alicuius notitie ſeu diuinationis que in eo erit commorabitur.

¶ Et ſi teſtificabitur ei ſaturnꝰ: erit gubernator factorum aliorum: vel expoſitor ſomniorum: aut ſecutor altarium ⁊ ſanctuarioruꝫ pro parte indiuinationum.

¶ Uult dicere ꝙ quādo ſaturnus fuerit dn̄s miniſterij vel officij: ⁊ habuerit ꝯcordantiā cū mercurio: vel fuerit mercurius dn̄s officij ⁊ habuerit ꝯcordātiā cū ſaturno: quādo ita participabūtur ambo in ſignificatione erit natꝰ ſolutor ſomnioꝝ ſequēs altaria: ⁊ ꝑdicēs futura vel erit dn̄ator hominum alioꝝ. Et eſt manifeſtum ꝙ ſcire poſſumus q̄ōlibet horuꝫ officiorum quale erit ex illis a ſtatu quē ſignificabunt ſaturnus ⁊ mercurius.

¶ Sed ſi iupiter ei teſtificetur: erit natus auctor

legis ⁊ ſapiens: cum probis etiam hominibus conuerſabitur.

¶ Si teſtificabitur ei iuppiter erit natus ſapiẽs legum ⁊ iudiciorum ac rhetoris ⁊ cum alijs vitam habebit.

¶ Uult dicere ꝙ quãdo iuppiter ⁊ mercurius fuerint ſignificatores miniſterij: erit natus ordinator legum ⁊ ſapiens magnus: in eis bene rõcinatus vitã habebit cũ magnis pn cipib⁹. Et hoc totũ itelliges a ſtatu iouis ⁊ mercurij.

¶ Or ſi auctoritas operis ⁊ magiſterij fuerit veneri s ex odore florum ⁊ ſpecierum ſeu ex vino vel tinctione aut pigmentis vel ex his que ad ornatum pertinent: ſe intromittet: velud mercati ſpecies: ⁊ medicamina acflorum variationes: adornar e: ⁊ cauponare ſeu texere: vel pigmenta mercari aut pingere ⁊ colores variare: vel ſeritexere.

¶ Et ſi venus fuerit domina officij intromittet ſe natus de ſpeciebus aromaticis ⁊ bonorum odorum. aut de vino vel tincturis pulchris aut de rebus piſtatis: ſicut pictor vel ſpeciarius vel ſector pannorum preciatorum aut apotecarius vel venditor vini: aut tinctor vel venditor colloratorum pannorum.

¶ Quando venus ſola dominabitur in officio et aliud non oporteat iſpici niſi ꝙ ipſa ſola dat ſignificationem: eſt eius ſignificatio generalis: in rebus pulchris pictatis ⁊ habentibus bonum odorem. Et ſi fuerit in ſuiſmet dignitatibus: ſignificat pannos vẽdere pretiatos. Et ſi in dignitatib⁹ ſol: vel erit natus venditor lapidum pretioſorum vel annulorum aut pannorum deauratorum. Et ſi in dignitatibus lune: erit venditor pannorum pertinentium ad reginas ⁊ nobiles mulieres. Et ſi in dignitatib⁹ iouis: erit phyſicus. Et ſi in dignitatib⁹ martis: erit apotecarius. Et ſi in dignitatibus ſaturni: erit textor: ⁊ pannorum pictator: ⁊ preciatorꝝ. Et ſi fuerit in dignitatibus mercurij: erit pictor: viellator ⁊ ſimilia: hec enim omnia componuntur vna. ſ. cum alia: et ſm compoſitionem naturarum ſuarum: verbi gratia: natiuitas in qua dominabitur venus in officio ſuo: exiſtens in ſuamet domo ⁊ in trigono ⁊ exaltatiõe ſaturni. Et eſt ſimiliter iuncta cum luna: ⁊ vadit ad ſextilẽ ſaturni: ⁊ luna erat debilis. Cum autem hanc vidi natiuitatez: iudicaui ꝙ natus iſte eſſet textor de re vili: ⁊ ita fuit: quoniã accepi ſignificationem generalem: a venere ſignificante res pictas et pulchras ⁊ inueni venerem circundatam a radijs ſaturni: quia inter eam et vtrumqȝ eorum non erat plus duobus gradibus. vnde intellexi ꝙ he res eſſent pictate compoſite de natura lune ⁊ ſaturni. et propter hoc fuit officium i texere qđ eſt vilis. Silr ꝙ erat in fine libre ⁊ i p̃n° ſcorpionis in participatione ſexte dom⁹: et hi erunt de ſubter terram fuerunt he res pictate quas ſe texere intromittebat: ac lauare lintea mina pictata ⁊ ſimilia.

¶ Et ſi ſaturnus ei teſtificetur: erit eius mercatio in ſuperfluitatibus ⁊ mollitijs: eritqȝ deceptor atqȝ nigromanticus: ⁊ his ſimilia.

¶ Et ſi teſtificabitur ei ſaturnus: erit natus mercator ſuo officio reꝝ q̃ fiunt ꝓpter vitia ⁊ affaytamenta: facturator ⁊ deceptor ⁊ ſimilia.

¶ Uult dicere quando ſaturnus fuerit dominus officij: et acordauerit ſe cum venere: vel fuerit in ſuis dignitatibus: vel fuerit domina officij venus ⁊ fuerit i ſuis dignitatibus ⁊ ſi fuerit i bono ſtatu: erit effectus in rebus que fuerint ꝑ his que ante dicta ſunt ⁊ pro affaytamentis. ⁊ ſi non fuerit in bono ſtatu: erit officium de facturis ⁊ deceptionibus. tamen ſi ſola venus fuerit domina officij ⁊ fuerit in dignitatibus ſaturni: erit ſignificatio ſua ſm ꝙ ad eam pertinet: ſicut diximus de textore.

¶ Sed ſi ei teſtificatur iuppiter: erit luctator: ⁊ coronaꝝ compoſitor: erit etiam aptus diuitijs: ⁊ eius affluent diuitie mulieꝝ occaſione.

¶ Et ſi teſtificabitur ei iuppiter: erit natus abrachiator: aut par⁹ ad magnos honores: ⁊ erit ei⁹ honor pro parte mulierum.

¶ Uult dicere ꝙ quando iuppiter fuerit dominus officij ⁊ participabitur cum venere ⁊ ambo ſunt gubernatores officij: ſi fuerit in bono ſtatu: erit nat⁹ paratus vt ſit magnus iudex vel princeps: ⁊ ſibi pro parte mulierum eueniet honor iſte. Et ſi ambo fuerint in malo ſtatu: erit abrachiator. In hoc autem loco oſtendit ptholemeus nobis ꝓpter participationem iouis ⁊ veneris in gubernando officium rem vnam quam ſemper habere debemus in mente: et erit adiungere res ad officium pertinentes cuȝ illis que dicte ſũt in capitulis que ante diximus. Nam debemus adiungere officium cum complexione corporis ⁊ cuȝ moribus anime ⁊ cum fortuna ſubſtantie ⁊ honoris: qꝛ per omnia ſcire potes ꝓ certo nati officium proprium.

¶ At ſi mars ſoli in figura aſſocietur: eius opus ⁊ magiſterium cum igne demorabitur: velud opus coqui: conflatoriſqȝ metallorum: necnon opus eraminis ac minerarum auri. ꝙ ſi ſoli nõ aſſocietur: nati magiſteriuȝ in ferro tractabitur vt naues cõponere: arare: architectari: lapides abſcidere: in annuloruȝ lapidibus ſigilla ſculpere: arbores findere: ⁊ his ſimilia.

¶ Et ſi mars participabitur in figura cum ſole: erit officium ſuum opus ignis ſicut coquinari⁹ vel accẽſor ignis ⁊ calderarius: aut aurifex: vel operator minerarum metallorum: Et ſi nõ habuerit participationem cum ſole: erit officium ſuum in omni re: que fit de ferramento ⁊ ferro: ſicut carpentarius in faciẽdo naues: ⁊ res ſimiles de carpẽtaria vel agricultura. vel icidẽdo lapides vel gemmas aut deſerrari lapides ⁊ ſilia.

¶ Id totum quod docuit nos ptholemeus ante factũ mercurij ⁊ veneris: eſt id quod vterqȝ eorum ſignificat de ſui natura propria ⁊ id quod ſignificant quãdo participantur cum ſaturno vel ioue et non docuit nos id quod ſignificãt quando participantur cum ſole ⁊ luna: nec aliquo planetarum aliorum. tamen in hoc loco vbi locutus fuit de ſignificatione martis: dixit concordantiam ſuam cum ſole p̃mo: et poſtmodo id quod ſignificat de ſui natura ꝓpria: vt per hoc veniat nobis in mente id quod docuit nos i prima parte ꝙ ſol eſt de complexione calida: ⁊ mars de ſicca: et comburenti: conuenit vt ambo ſignificent officia que fiunt per ignem. et ſi fuerit in bono ſtatu: erit foditor vel aurifex. et ſi in malo ſtatu: erit accenſor ignis in furnis vel balneis. ⁊ ſi fuerit i dignitatib⁹ veneris: erit cognarius. ⁊ ſi i dignitatib⁹ ſaturni: erit calderari⁹ aut calerus: ⁊ hoc modo quãdo participabit cũ alijs iudicabis: hoc. n. ẽ qđ ſignificat martis

natura: quando concordatur cum ſole. Id tamen qđ ſignificat per ſeipſuȝ eſt ſicut miniſteria que fiunt per ferra: ſicut carpentaria nauium carris ⁊ alcantis: ſi accidit ꝙ ſit in dignitatibus ſaturni: tamen ſi fuerit in ſuiſmet dignitatibus ſignificat lapides ⁊ caticas: ĩcidere ⁊ dirigere. Et ſi in dignitatibus veneris ſignificat lapides incidere precioſos et gẽmas ⁊ talia. Et ſi in dignitatibus mercurij vel lune: ſignificat ſeruare ſerare madonos vel ea incidere: ⁊ ad talia dixerit. Et docuit nos ptho. quia ſemper debemus querere ſignificationẽ miniſterij ĩ cõplexiõe quã videbim⁹ ĩpi nato.

¶ Si ſaturnus ei teſtificet̃: erit nauigator ⁊ natator: aquarum allator: ⁊ cocus: pictor etiaȝ: ⁊ qui in balneis morabitur.

¶ Et ſi teſtificabit̃ ei ſaturnus erit marinari⁹ vel barcherius, aut coquinarius vel balneator vel depictor in balneis morãs vł portãs aquã.

¶ Vult dicere ꝙ quando ſaturnus vel mars fuerint domini officij. ſ. vnus eorum: ⁊ alter habens participationem cũ eo: ſignificabit vterqȝ eoruȝ miniſteria q̃ dixit: ⁊ ſcies ꝓ certo ꝙ eorũ erit ab his q̃ ꝑdixim⁹: q2 ſaturnus ꝓ eo ꝙ ſignificat hũiditates fedas ⁊ odores putridos: ⁊ mars ſignificat ſiccitatẽ ⁊ ſapores combuſtos ⁊ amaros: componitur đ ſua commixtione res quam dixit ptholemeus.

¶ Sed ſi iupiter ei teſtificetur: erit miles ⁊ penarum miniſter: ac decimator: hoſpitator etiaȝ ac lamo.

¶ Et ſi teſtificabitur ei iupiter: erit miles vel ſergentus: vel tenens apparatus domus vel carnifex: degulator animalium. pedagerius pontium vel viarum aut decimarius.

¶ Juppiter ſignificat rectum ⁊ iuſtitiam: ⁊ mars ſignificat iram. ⁊ ꝓpter hoc quãdo cõplẽones cõmiſcent̃: expedit vt ſignificẽt ꝙ officium nati erit aliquod ex miniſterijs ĩ qb⁹ ẽ ſupbia: ab vna parte ⁊ ab alia rectũ: ⁊ iuſtitia: ſicut ẽ miles pedagari⁹: ⁊ illi q accipiunt pedagia ꝑ vias ⁊ põtes: ⁊ carnifices aĩalia degulantes ad vſum hoĩum: ⁊ ſĩlia. Et manifeſtũ ẽ ꝙ iã dedit nobis totum id qđ ſignificat quilibet planetarũ: qñ ipſe ſolũ dominabit̃ officio nati. q2 ſi ſaturn⁹ vel iuppiter fuerit dñs officij: ſciri põt ꝙ officiũ erit ꝭm ſtatuȝ vtriuſqȝ eorũ in cõparatiõe martis ⁊ veneris ac mercurij. hoc eni vſqȝ hic nos docuit ptho. ⁊ inantea nos docebit id qđ ſignificãt iſti pł̃e: qñ duo vł tres eoꝝ dñabũt̃ ĩ officio.

¶ Item ſi duo planete magiſterij dominiuȝ habuerint: fuerintqȝ venus ⁊ mercurius: exercebit ſe in muſica vel ludis: aut in cantationibus ſeu cantationum inuentionibus: vel in qualibet ſpecie reperiendi cantus.

¶ Similiter qñ dominabũtur duo planete ⁊ fuerint mercurius ⁊ venus erit officium muſice ĩſtrumentorum locoruȝ canendi ⁊ ĩueniendi. ⁊ cõponendi ſonos.

¶ Jam docuit nos ꝙ officia propria nature mercurij ſũt ea que dixit vt arithmetica ⁊ officia ꝓpria nature veneris ſũt que ante dixit: vt pulchritudo: ⁊ quãdo in officio alicuius ſe coniunxerit ſignificatões eoꝝ duoꝝ: ſignificabunt arithmeticam ⁊ muſicam ⁊ aſſaytamentum ſonorum.

¶ Maxime autem cum in ſua cõmutabũtur loca tunc erit natus ioculator banaſtellarum ⁊ feminarum licitator: iocoſorum etiam inſtrumẽtorum magiſter ⁊ factor fidium: eritqȝ pictor: predicator: deriſor: ⁊ incatationum inuentor.

¶ Et maxime quando ſua loca mutabunt: quia quando ſic erit: natus erit ioculator factor truffarum: venditor ſeruarum ioculatricium cantatritium factor inſtrumentorum delectabilium: tortor cordaꝝ pro eis: pictor: pſallator: textor. ⁊ compoſitor cantionum.

¶ Vult dicere ꝙ quãdo venus fuerit in dignitatibus mercurij: et mercurius in dignitatibus veneris ipſis exiſtentibus gubernatoribus officij: ſignificant ꝙ natus erit ioculator: truffator: venditor ioculatricium vel letator earum factor inſtrumentorum pro ioco: ſaltator: cantator: textor: tortor: cordarum pictor. Et ſcietur qđlibet horum officioꝝ certe ſecundum ſtatum horum duorum planetaruȝ ſi ſcietur ſecundum ꝙ fuerit.

¶ Qđ ſi ſaturnus eis teſtificetur erit eius opus ⁊ magiſterium in his que predicta ſunt in mercationib⁹ ⁊ vẽdet ea qb⁹ mulieres adornant̃.

¶ Et ſi teſtificabitur eis ſaturnus: ſimiliter erit officium cum his que diximus: mercationis decorationis ⁊ apparatibus mulierum.

¶ Vult dicere ꝙ quando dominabitur ſaturnus in officio ⁊ participabitur cum venere vel mercurio vel aliquis horum duorum planetarum fuerit dominus officij ⁊ participabitur cum alijs erit nati officium vnum ex illis que dixit ptho. ⁊ miſcetur cum eo: iam quãtum de mercadantia apparatuum mulierum.

¶ Si iuppiter autem eis teſtificetur: erit placitator ⁊ computator: ⁊ ſemper in locis congregationis hoĩum: ⁊ circa regias portas cõmorabit̃ docebitqȝ pueros ⁊ in rebus vulgi ſollicitabit̃.

¶ Et ſi iuppiter teſtificabit̃ ei erit aduocat⁹ cauſarum: receptor rationum: ⁊ ſequetur loca vbi conueniunt homines: ⁊ portas regum doctor pueroꝝ: ⁊ de negotijs populi habebit videre.

¶ Vult dicere ꝙ quando fuerit officij dominus vnus horum trium planetaruȝ iuppiter aut venus vel mercurius. et participabitur cum ceteris duobus: officium nati erit in vna rerũ quas dixit ptho. in hoc loco. Ita ꝙ quãdo iſti planete fuerint in dignitatibus martis erit natus aduocatus: tenẽs cauſas aut alcaldos. Et ſi fuerit in dignitatibus mercurij: erit receptor rationum: ſicut ſunt ſeneſchalchi: ⁊ maior domus: ⁊ ſi fuerit in dignitatibus ſolis vel lune: erit ſecutor locorum vbi conueniunt homines: ⁊ portarum regum: aut factorum populi gubernator: hoc autem erit totum ſi fuerit in bono ſtatu: ſed ſi in malo erit doctor pueroꝝ.

¶ At ſi operis ac magiſterij dominium mars ⁊ mercurius habuerit: erit doctus in cõpoſitione imaginum ⁊ armoruȝ eritqȝ ſculptor in rebus quibus diuine domus vtuntur: ⁊ animaliũ imagines faciet: eritqȝ luctator: medicus: cirurgic⁹: maleficus: fornicator: ⁊ cartaꝝ falſificator.

¶ Et ſi fuerint domini officij mercurius ⁊ mars erit formator imaginum ⁊ inciſor: ⁊ corum que fuerint pro altaribus ambrachiator:

phyſicus:cyrugicus:dictor mali hominuꝫ operum malorum:falſator chartarum.

¶ Jam ſciuimus ꝙ ſignificatio propria mercurij eſt numerus ⁊ ariſmetrica:⁊ propria martis ſignificatio eſt res in quibus eſt ſuperbia vel que fiunt ferro: ⁊ quando hi duo planete cōmiſcentur componitur inde opus:et erit officiuꝫ in imagines incidendo:⁊ faciendo arma cum ſignalibus ⁊ figuris beſtiarum:ſimiliter ſi hi duo planete fuerint in dignitatibus veneris natus erit abrachiator:⁊ ſi erit in dignitatibus iouis erit phiſic⁹.⁊ ſi ī dignitatibus ſaturni erit dictor mali:⁊ ſi fuerit in malo ſtatu:erit malorum operum:⁊ falſator cartarum.

¶ Sed ſi ſaturnus eis teſtificetur: erit natus interfector:⁊ aliorum veſtimenta diripiet:eritq̨ viarum abſciſor:⁊ in cauernis morabitur: erit etiam ⁊ deceptor.

¶ Et ſi teſtificabitur eis ſaturnus: erit hominū interfector: robator: ⁊ expoliator: detentor itinerum : ⁊ inſidiarum proditor.

¶ Uult dicere ꝙ quando fuerit officij dominus aliquis horum trium planetarum:qui ſunt ſaturnus mars ⁊ mercurius:⁊ participatus fuerit cum alijs duobus erit nati officium iuſtitie:⁊ rectitudini ꝯtrariū:⁊ hoc eſt hoīes īterficere:robare:tenere:itinera:⁊ facere ꝓditionē ⁊ ſcādere.

¶ Quod ſi iupiter eis teſtificetur arma duellaq̨ diliget:erit etiam rector ⁊ procurator ac verſipellis:opera diliget: ⁊ circa extraneos ſollicitabitur: ⁊ ex huiuſmodi lucrabitur.

¶ Et ſi teſtificabitur eis iupiter: erit natus amator armorum: bellator abſtinentie bone :deceptor.ingeret ſe de multis. habebit de negocijs peregrinorum videre. ⁊ erit de talib⁹ lucrū ſuū.

¶ Arma diligere eſt propter participationem martis mercurij ⁊ iouis litigare ſimiliter:⁊ abſtinentia eſt pro parte iouis:fraus ⁊ deceptio propter martem ⁊ mercurium.Et igerere ſe in multis eſt quando hi duo planete erunt in bono ſtatu.Et videre facta peregrinorum ⁊ extraneorum eſt:q2 natura iouis eſt ſeparata a natura martis ⁊ mercurij.⁊ qñ cōmiſcentur ſignificant talia.

¶ Item ſi domini diſpoſitionis operis: fuerint venus ⁊ mars: natus erit tinctor ⁊ ſpecierum venditor: auriq̨ ⁊ argenti ac plumbi magiſter: erit agricola: ⁊ cum armis iocabitur: ac medicamina conficiet: ⁊ erit medicus.

¶ Et ſi fuerit gubernatores officij ven⁹ ⁊ mars erit natus tinctor ⁊ ſpecierius laborator plumbi ⁊ ſtanni.aurifex auri ⁊ argenti. laborator terre:luſor cū armis:apothecarius :phiſicus: operator cum medicinis.

¶ Jam ſcimus ꝙ opus veneris eſt totum lympiduꝫ.⁊ martis eſt ſiccitas:⁊ que fiunt ferro:tamen ſi veneris cōplexio vicerit:ſignificabit ꝙ erit tinctor aut ſpecierius.Et ſi vicerit complexio martis ſignificabit operari in ſtanno:⁊ ſi fuerit in dignitatibus ſolis ⁊ iouis aurifex:auri ⁊ argenti.Et ſi fuerit in dignitatibus ſaturni:erit laborator terrarum:et ſi martis:erit luſor cuꝫ armis:⁊ ſi iouis erit phyſcus operator medicinarum.

¶ Et ſi ſaturnus eis teſtificetur ad imolandum animalia deo ſollicitabitur: mortuos induet: ⁊ deflebit funera:ac ſepulchra cātabit.Quolibet etiam modo diuinabit in locis occultis: ⁊ vbi cantus exercentur funebres ⁊ ſanguis effundetur:habitabit.

¶ Et ſi teſtificabitur ei ſaturn⁹ erit gubernator beſtiarum que degulantur propter ſacrificium dei:mortuorum factor ⁊ mediator planctus ſuper foueas : diuinator futurorum exiſtentium de ſui memoria:moratur in locis vbi ſunt ſecreta: ⁊ in ſanctuarijs : ⁊ in iudicando ⁊ vertendo ſanguinem .

¶ Quando natura ſaturni martis ⁊ veneris commiſcenẗ ſignificat officia ⁊ miniſteria infortunata quia trahunt ad partem boni:et hec ſunt miniſteria que dixit ptho.tamen ſi vicerit virtus martis erit cum illis effuſio ſanguinis:⁊ ſi vicerit ſaturnus:erit ſecreta ⁊ res cooperte.

¶ Ac ſi iuppiter eis teſtificetur:in orationis domibus aſſidue morabitur: ⁊ augur exiſtet: ⁊ in feminis maritandis ſollicitabitur: ⁊ ad effectuꝫ perducet: ⁊ inde erit eius vita:erit ⁊ delitioſus ⁊ diſſolute cogitationis.

¶ Et ſi teſtificabitur ei iuppiter:erit ſequens altaria:augurarius:factor matrimoniorū: ⁊ ad effectum perducet: ⁊ inde erit eius vita pro eis ꝺ talibus viuet:et erit delectuoſus ī quiete.

¶ Cauſa fortunȩ ac proſperitatis eſt vt ſint domin⁹ dom⁹ ſolis: dominus domus lune: dominuſqȝ aſcendentis orientales: ſint ⁊ in angulis: ⁊ aſpiciant ſeſe ex bonis locis: id eſt ex trino vel ſextili. 101.

¶ Multū potens eſt ille cui ſol fuerit in medio celi i ſigno igneo: ⁊ luna i tauro: cui⁹ aſpectus erit ſiniſter. 102.

¶ Ualde diuites ⁊ qui diuitijs abundabūt: magniqȝ ſūt nominis quibus dominus ſecūde domus fuerit in exaltatiōe ſua vel domo: iens ad dominuȝ aſcendētis: maxime auteȝ ſi fuerit Juppiter. 103.

¶ Uita omnium annimantium eſt ſm graduȝ ſolis ⁊ luneȝ, ⁊ hoc ab altiſſimo datū ſm aſtaphꝫm. 104.

¶ Cuȝ fuerit fortuna i locis martis: ⁊ ſignificator iuerit ad eam: vel ea ad ſignificatorē abſcindet ſicut iſortune. 105.

¶ Auerte oculos a figura in qua mars fuerit i angulo: maxime cū fuerit aſcendens ſcorpio. 106.

¶ Cū voluerit aliqs aliquid abſtrahere: ſignificatore ſaturnum aſpiciente: grauiter abſtrahet. 107.

¶ Si quis poſtulauerit aliquid: capite exiſtēte in medio celi cum Joue: ⁊ Luna eunte ad eū: vel ſi ſeparata ab eo iuerit ad dominum aſcendentis: vel ſi dominus aſcendentis iuerit ad euȝ: non preteribit quin breuiter adipiſcatur queſita. 108.

¶ Non eſt bonum volenti bellare: nec etiam regi q̄ faciat iter domino aſcendentis ⁊ in octaua: ⁊ ſi ſit in exaltatione ſua. 109.

¶ Nō ē ſol bonus in aſcendente hora belli: nec cū dn̄o aſcēdentis: niſi fuerit aſcēdēs aries vel leo. 110.

¶ In ea parte qua ſol ⁊ luna fortunabuntur: erit victoria iterrogantibus: veluti ſi formabuntur ab aſcendente vſqȝ ad medium celi: vel ab aſcendente vſqȝ ad quartum vincet querēs ſi in locis alijs fuerit: aduerſarius ſupabit. 111.

¶ Oȝ maximuȝ impedimentuȝ eſſe rerum que ſunt in poteſtate ſigni in quo fuerit planeta cadens: vel retrogradus aut in malo eſſe ſolis. 112.

¶ Signa ſignificant corpora: Planete vero ea que mouēt corpora: loca planetarū in circulo corūqȝ ſubſtātie: ⁊ loca eorum a ſole ſignificant opus ⁊ deſtructionem. 113.

¶ In cuiuſcunqȝ natiuitate fuerit Juppiter receptor fortitudinum omnium planetarum ⁊ ipſe commendauerit eas ⁊ ſuam ſaturno: fueritqȝ receptus ab eo: ⁊ vterque orientalis ⁊ aſcēdēs in angulo: erit nat⁹ magn⁹ ⁊ potēs in hoc ſeculo: necnō ⁊ boni eſſe: ſurget etiā nomē ſuū in orbe. 114.

¶ Caue ne ſit ſaturn⁹ cū domino aſcendentis vel i alijs locis exaltatis: q̄ ipſe eſt deterior cauda. 115.

¶ Ueri ſunt rumores ſi fuerint hora nunciationis anguli ſigna fixa: ⁊ Luna atque Mercurius in ſignis fixis: ⁊ ſi luna etiam ſeparata fuerit a fortunis: necnon ſi fuerit fortūa in angulorum aliquo: cūqȝ ita iueneris hec ſignificatio nec falli nec fallere poterit. 116.

¶ Prima diei hora vſqȝ ad perfectionem triū horarum eſt ſanguinis. Tres vero ſecunde colere rubee. Tertia colere nigre: Sȝ vltime tres phlegmatis. ſimiliter ⁊ in nocte. Eodem quoqȝ modo eſt in quartis mēſis lunaris: Quarte autem anni ſunt ſolis. 117.

¶ Cui dominus aſcendentis fuerit in dextra ſolis: fueritqȝ ſuper ipſum eleuatus: ideſt duſtoriaȝ habuerit ⁊ iam perficiat ſuam vt ita dicam orientalitatem erit amicus regū ⁊ potentum: diues etiam ⁊ magni nominis. 118.

¶ Noli feſtinare in iudicando cum planete adinuicem cōiungentur: niſi prius ſigni naturam conſideres: in quo coniuncti fuerint. Utrum ſit ex eorum ſimilitudine: nec ne. ſi enim fuerit ex eorum ſimilitudine confortabis eorum ſignificationem. 119.

¶ Cum fuerit dominus .i. aſcendētis: vel .ii. Lune: aut .i. partis fortune circumuentus a fortunis magis fortunabit̄ q̄ alter aliquis. 120.

¶ Cū due fuerint infortune in gradu .4. domus ⁊ in eodeȝ termino erit nat⁹ infortunat⁹: ⁊ valde miſer. 121.

¶ Cuȝ planete fuerin in angulis apparebunt ea que ab eis ſignificabunt̄: ſiue bona: ſiue mala fuerint. ſignificatio dn̄i

:4. Circuli eſt annus: Sed ſeptimi circuli ē mēſis. izz.

Cū fuerint anguli aſcēdētis ſigna mobilia ꝛ due infortune ī angulis: miſera erit oīs eius vita nati. iz3.

Cum luna fuerit ī angulis ꝯfortabit oēm ſignationē ſuā maxime autem ſi quam auctoritatē habuerit ī aſcēdēte. iz4.

Feſtina cōmutatio non poterit eē niſi a marte: ſicut magna elongatio niſi a Saturno. iz5.

Status oīum bonorum mutatur de bono ad malum. vel ꝺ malo ad bonum. Cum mutantur ſigna ꝛ figure planetarū. qui ſignificant ſuper eos de aſcenſione in deſcenſionē ꝛ ecōuerſo. iz6.

Juppiter ꝛ Saturnus mutāt res ꝛ cōuertūt: eritq̄ variationis initiū: Cū mutanť de vna triplicitate ad aliā in coniunctiōibus: ꝛ ex vna figura ī aliam. iz7.

Meliores cōiunctiōes due ſūt quaꝝ altera eſt luminariuȝ: Altera vero duoꝝ planetaruȝ ponderoſorū: plᷓte maſculini ſunt qui agunt: Feminini vero ſunt in quos agitur: ꝛ ſimilr̄ etiam ī ſignis. iz8.

Aſpice aſcenſionem planete ꝛ gradum exaltationis gradum quoq̄ ſui caſus. Nam hec ſunt que ſignificant homines ꝛ eorum opera. iz9.

Si īueneris ſignificatorem in angulis maſculinuȝ ꝛ in ſigno maſculino: cōtrarii vero ſignificatorem femininū: ꝛ ī feminino ſigno: Aget ī eum. i. vicet alterū ille cuius ſignū ē maſculinum ꝛ ī maſculino ſigno. i30.

Significationes ſunt duobus modis ſubſtantialr̄. ſ. ꝛ accidētaliter: ꝛ vtroq̄ modo numerū ſeptem planetarum ſignificabunt. i3i.

Cum due infortune cōiungūtur: ꝛ luna ſaturno in latitudīe erit fames ꝛ mortalitas: Si vero Marti mutabunť reges ꝛ erit multa ſanguinis effuſio ꝛ p̄lia in loco q̄ ſignabitur ab ipō ſigno ꝛ hoc nō fallit i3z.

Ex cōiunctione Saturni ꝛ Jouis ī ſignis mobilibus cognoſcetur cōmutatio ſtatus ꝛ mūdi: ꝛ ex eoꝝ coniūctionibus ī ſignis fixis iterum. i33.

Cū coniūgentur due fortune coniungeturq̄ȝ luna ioui ī latitudine erit iuſtitia: ꝛ quies in terra dirigeť. Si aūt veneri erit alacritas: gaudiū: ſaluſq̄ȝ corporū atq̄ȝ pſperitas .i34.

Cū venus ꝛ mars fuerint in eodē pūcto cū Sole ī loco veneris ꝛ termino: verba nati ab hominibꝰ recipiētur: ꝛ a nullo repudiabuntur. i35.

Heremita ꝛ quaſi ꝓpha: necnon cuius verba recipiunť eſt ille ī cuius natiuitate Juppiter ꝛ Uenus in eodem gradu cum Sole fuerint. i36.

Famoſi reges ī hoc ſeculo: ꝛ quoꝝ mādata nō ſpernūtur: ſūt quorū Juppiter ꝛ luna fuerit in eodē pūcto aſcendentis ad augē ſuam. i37.

Cui vigor maximus ꝛ poſſe magnū fuerit eſt cui ſol ī medio celi cum ſaturno erit ī ſigno maſculino orīētalis. i38.

Cū Luna ꝛ ceteri ſignificatores remoueņť ab angulis nō ꝑficiētur res ipē niſi fuerit qđ ex itinere ꝛ nō ex alio. i39.

Cū nō fuerit inter aliquē pl̄taꝝ ꝛ ſignificatorē Jctiſal aſpectus ꝛ fuerit vterq̄ ī eodē circulo: ꝛ ex circulis paralelis in nadir vel anabat vl̄ ī eqnoctiali itinere erit melius q̄ ictiſal aſpectus. i40.

Oīs pl̄ta duo hȝ ſigna p̄ter lūinaria quoꝝ vtrūq̄ ſolā hȝ domū: qm̄ eoꝝ lumē eſt ſaturni tenebroſitas: Jdq̄ȝ poſite ſūt eorum domus contrarie. i4i.

Fortune ſūt fideles ꝛ pſpere cū fuerit ī locis exaltatiōis ac directe: necnon ꝛ aucte lumine. i4z.

Jn magnis ꝛ exaltatis reruȝ diuitiis vel initiis laudať vt ſint lūinaria ī termis fortunaꝝ ſe ſe aſpiciētia ꝛ vt dn̄i terminoꝝ ſint ex rei īcipiende natura. i43.

Res circuli q̄ cōplectunť oīa: ꝛ q̄ maxiē ſūt Septē ſunt vȝ p̄ncipiū creatiōis hoīuȝ āni Sol Maximi: ꝛ ſūt. i4. iz. Cū āt aſcēderit aliqđ initiū in termīo aſcēdētis radicis cuiuſlibet īceptiōis inueneritq̄ duo minuta duoꝝ pl̄taꝝ grauiū Scientia hore anni ī qua cōiūgeť ī ſignis: Aſcēdēs reuolutionis āni mūdi: Aſcēdēs quoq̄ cōiūctiōis vel preuētionis qđ fiet ēt ī hora natiuitatis vel queſtiōis. i44.

Non accidet ſup aliquē bonū vl̄ malū: niſi cū mutať nā vel ſimilituudo triplicitatis ſignorū planetarum que ſūt eius loci ſignificatores. i45.

Cū diuerſificantur duo climata diuerſificatur planetarum aſpectus ꝛ eorum radii. i46.

Cū vero due latitudīes diuerſificāť: circuli eꝰ circl̄aris motus diuerſificantur. Jn hoc autem capitulo nullus ita perfecte locutus eſt. i47.

Duorum nodorum impedimenta peiora ſunt planetis inferioribus q̄ ſuperioribus. i48.

Figura circl̄i in q̄ōnibꝰ magne ſimilitudinis eſt ad ſimilitudinem anime querentis. i49.

Cum fuerit iuppiter in arite directꝰ abſq̄ malo aſpectu fortūarū dabit fortitudinē ꝛ regnū ī q̄ nl̄la fiet iiuſtitia. i5o.

Finis.

Perfectus eſt liber capl̄orum almanſoris cū dei auxilio tranſlatus de arabico in latinum a Platone Tyburtino quem deus exaltet ī ciuitate bardonia. Anno arabū. i530. i8. die mēſis dullugida Sole ī vgie. i. 5. luna in ariete. i5. i6.

Explicit.

¶ Incipit introductoꝛium de ꝑncipijs iudicioꝛum çabelis yſmaelite. Caᵐ. pᵐ. de diuiſione ſignoꝝ ⁊ de triplicitatibus

IN nomine dei pij ⁊ miſericoꝛdis: Dixit çabel bembiç yſmaelita. ¶ Scito ꝙ ſigna ſũt. iz. ⁊ ex eis. 6. ſunt maſculina ⁊. 6. femi. Aries ergo ē ſignũ maſculinũ ex ſignis dici. ⁊ taurꝰ femininuȝ: ex ſignis noctis: ⁊ ſilr ſuccedit maſculino femininũ: ⁊ feminino maſculinuȝ vſqȝ i finē ſignoꝝ: ⁊ ex eis ſex ſũt ſigna directe aſcendentia. i. hñtia directũ aſcēſum: ⁊ ex eis. 6. ſũt toꝛtuoſe aſcēdētia. i. aſcēſũ hñtia toꝛtuoſum. Et directe aſcendētia ſũt ab initio cācri vſqȝ in finem ſagittarij: eo ꝙ latitudo vniuſcuiuſqȝ eoꝝ ſit maioꝛ lõgitudine eius: ⁊ aſcēdit in plus duabꝰ hoꝛis equalibꝰ: ob hoc nominanť directe aſcēdētia: ⁊ toꝛtuoſe aſcēdentia ſunt ab initio capꝛicoꝛni vſqȝ in finē geminoꝛũ eo ꝙ latitudo vniuſcuiuſqȝ eoꝝ ſit minus lõgitudine eius ⁊ aſcendit in minꝰ duabus hoꝛis equalibus ab hoc noīanť toꝛtuoſe aſcendentia. Et ex his. 4. nominantur mobilia. ideſt aries cancer. libra. capꝛicoꝛnus: ⁊ iõ noīanť mobilia: qꝛ cũ ſol igrediať in initia ſignoꝛuȝ illoꝛum mutať tempus ad ſubam tpis ſequentis. Et. 4. ex eis ſunt fixa. i. taurꝰ. leo. ſcoꝛpio. ⁊ aquarius: ⁊ iõ dicunť fixa: qꝛ cum ſol ingrediť coꝝ minuta figiť tempus in eſſe ſuo ⁊ non mutatur. i. ſi fuerit calidũ: caliduȝ erit: ⁊ ſi fuerit frigiduȝ: frigidũ erit: ⁊ ſi fuerit ver: ver erit. ⁊ ſi fuerit autũnꝰ: autũnꝰ erit. Et ex eis ſũt. 4. cõmunia que arabice denet. grecē deyn. i. duum coꝛpoꝛum dicuntur. que ſunt gemini. virgo. Sagittarius. piſcis. ⁊ ideo nominanť cõmunia qꝛ cũ ſol peruenerit ad medietatem illoꝛũ cõmiſcetur tps: fitqȝ medietas eius pꝛima calida ⁊ alia frigida: aut medietas pꝛima frigida: ⁊ alia calida. Et quedam ex eis dicuntur quadrupedia. i. aries. taurus leo. capꝛicoꝛnus. ⁊ finis ſagittarij. Sũt ēt ex eis ſignis quedaȝ ignea. i. aries. leo. ſagittarius: ⁊ eſt triplicitas pꝛima. Et ſecunda triplicitas eſt terrea ⁊ ſignificat quicquid i terra eſt ⁊ ex terra naſcitur. ideſt taurus. virgo. ⁊ capꝛicoꝛnus. Et tertia triplicitas eſt aerea: ⁊ ſignificat homines ⁊ ventos: ⁊ quicquid fuerit in aere. id eſt gemini. libꝛa. ⁊ aquariꝰ. Quarta eſt aquatica: ⁊ ſignificat aquas: ⁊ qcqd in aquis eſt. ideſt cancer ſcoꝛpio. ⁊ piſcis. Et quedam ex ſignis dicuntur tenebꝛoſa. ideſt libꝛa ⁊ capꝛicoꝛnus. Et eſt quidam locus in ſignis qui vocatur combuſtus ⁊ eſt finis libꝛe ⁊ initiuȝ ſcoꝛpionis. Et quedā ex ipſis ſignis habent dimidiam vocem. ideſt virgo. capꝛicoꝛnus ⁊ aquarius. Et quedam ex his habent voces. ideſt taurus. aries. gemini. leo. libꝛa. ſagittarius. Et ex eis ſũt quedam non habētia voces. i. cancer. ſcoꝛpio. piſcis. Et quedam ſť i generatione filioꝝ dimidia vel cõmunia. ideſt nec ex toto ſunt generantia: nec ex toto ſterilia. ideſt taurus. gemini. ⁊ aquarius. Et quedam plures filios hñtia. i. cancer. ſcoꝛpio. ⁊ piſcis. Quedam vero ſũt ſterilia: aries. leo. virgo. libꝛa. ſagittariꝰ. ⁊ capꝛicoꝛnus. Et quedā ex eis ſignificant mõtes ⁊ loca grauioꝛa. ideſt aries. leo. ſagittariꝰ. Et quedam ſignificāt loca habitabilia ⁊ plana. i. rura ⁊ q̄ fuerit culta. i. taurꝰ. vgo. ⁊ capꝛicornꝰ. Quedā vo ſignificāt loca arenoſa. i. gēini. li. ⁊ aq̄ri. Quedaȝ etiā ſignificant loca humida ⁊ aquoſa: vl̄ que ſũt iuxta aquam. i. cancer: ſcoꝛpio: ⁊ piſcis. Igitur ſigna ignea ſignificant ignem ⁊ omnem ſubſtantiam que pertinet ad eũ vel que per eum fit: ⁊ ſignificant nobiles. Et ſigna ſementis ſignificant terram ⁊ omne quod ex terra eleuatur. Signa q̄qȝ aquatica ſignificāt loca hũida: ⁊ omne opus quod fit ex humiditate. Et ſigna generantia plures filios ſignificant congregationes hominum. Arietis igitur triplicitas ē calida: ſicca: habet ex naturis coleram rubeam: ⁊ ex partibus mundi oꝛientem: cuius triplicitatis domini ſunt: ſol in die: ⁊ iuppiter in nocte: eoꝛumqȝ particeps in die ac nocte ē ſaturnus. Tauri quoqȝ triplicitas eſt frigida ⁊ ſicca: habet ex naturis coleram nigram: ⁊ ex mundi partibus meridiē: eius domini ſunt venus in die ⁊ luna in nocte: hoꝛum particeps in die ⁊ nocte eſt mars. Geminoꝛuȝ triplicitas eſt calida ⁊ humida: ⁊ ex naturis habet ſanguinem: ⁊ ex partibꝰ mundi occidentem: ⁊ huius triplicitatis domini ſunt: ī die ſaturnus ⁊ in nocte mercurius: particeps quoqȝ eoꝛuȝ ī die ac nocte ē iuppiter. Cancri vero triplicitas eſt frigida ⁊ humida: habet ex naturis flegma: ex partibus mundi ſeptentrionem: ⁊ huius triplicitatis domini ſunt: venus in die et mars in nocte: quoꝝ particeps ī die ac nocte eſt luna.

¶ Capitulum ſubſtantiarum duodecim ſignoꝛum: ⁊ quid ſignificat omne ſignum.

SCito ꝙ inuenimus vnicuiqȝ interrogationi ſeu rei queſite ſignificationem qua ſignificatur quicquid boni vel mali in eadem interrogatiōe fuerit: ex modis quos expoſuerũt ſapientes in ſignificatione interrogationũ ⁊ rerum ex ſubſtantijs duodecim ſignoꝛuȝ ⁊ ex naturis ſeptem planetarum: ⁊ loca a quibus accipiuntur res: ſicuti habēt planete ex naturis ⁊ ſignificationibus: pꝛout volente deo narrare diſponemus.

¶ Pꝛima domus aſcendentis ⁊ omne quod in ea eſt de interrogationibus ⁊ ceteris ex duodecim ſignis.

PRima domꝰ cuius initiũ oꝛitur vel aſcendit in oꝛiente hoꝛa iuterrogatōis vel natitatis ſeu alicuius operis inceptōis: ⁊ hoc ſignificat vitaȝ ⁊ moꝛtē: qꝛ ē aſcñs vite illiꝰ cũ quo puenit eius vita in mundum dum exiret de ventre matris ſue. Aſcendit enim hoc ſignuȝ ab inferioꝛi parte terre ad ſuperioꝛa illiꝰ: ⁊ quaſi a tenebꝛis ad lumē. ⁊ exiuit ſilr natꝰ de tenebꝛis vētris ad lumen huiꝰ ſeculi: ⁊ de anguſtijs vteri ad latitudinē aeris: ⁊ oſtendit interrogans interrogationē ſuam ex ſecreto coꝛdis ſui: lyxitqȝ ⁊ patefacta ē q̄ pꝛius fuit occulta. Significat q̄ coꝛpoꝛa ⁊ vitam ⁊ oē initiuȝ ⁊ motus coꝛpoꝛis ⁊ qcqd ab aliquo accidēte venerit ⁊ vniuſcuiuſqȝ rei inchoatiōnē: ſeu euētũ: ⁊ oē mobile: ſiue rōale atqȝ initia oīuȝ reꝝ.

¶ De ſecũda domo.

SEcũda domus ab aſcendente non aſpicit ſignũ aſcēdens ſignificat congregationem ſube: ⁊ continentiā vite ⁊ eē ſeruientiũ ⁊ acceptiōes ⁊ donatiōes.

¶ De tertia domo.

TErtia domus nõ ex toto eſt cadens ab aſcendente ſignificat germanos atqȝ germanas: ꝓpinquos atqȝ cognatos ⁊ eē coꝝ. patiētiā quoqȝ ac conſilia fidem ac religionem ⁊ contentiones ī ſectis. epl̄as. legationes quoqȝ atqȝ legatos: ⁊ ꝑegrinationes ac ſōnia.

¶ De quarta domo.

QUarta domus dicitur angulus terre ſignificat pr̄es ⁊ eē eoꝝ. i. oꝛiginem ⁊ radiceȝ: parentelam atqȝ carceres: terras ⁊ rura: villaſqȝ ac ciuitates: ⁊ omne edificiũ: omeqȝ tectũ ac abſcõditũ: ſiue theȝauros abſcõditos ⁊ moꝛtem: ⁊ qd ſit futurũ poſt moꝛtem. i. quid accidet moꝛtuo. ſ. ex ſepultura ſcilȝ ⁊ vtrũ effodiať moꝛtuꝰ vl̄ cremeť: ſeu ponať i patibulo: aut eyciať i aliquo loco ⁊ cetera q̄ accidũt moꝛtuis: ⁊ ſignificat finē coꝛũ ⁊ domos ac terras. i. hereditates ⁊ oē qđ ſepultũ eſt ſub terra.

¶ De quinta domo.

QUinta domus ſuccedit angulũ terre ⁊ locus ē amoris qꝛ eſt ex triplicitate atqȝ gaudio aſcendentis ⁊ ſignificat filios ⁊ omne ī quo eſt fiducia: legatos quo

ac dōatiões honorē ac petitionē mulierū amicitates atqꝫ amicos ciuitates ꝛ eē ciuiū eaꝝ:ꝛ fructus hereditatiōis.

¶ De ſexta domo.

Sexta domꝰ cadēs eſt ab aſcendente nec aſpicit eū ꝛ eſt locus malignus ꝛ ſignificat īfirmitates tā ſepabiles q̄ īſeparabiles ꝛ cauſas īfirmitatū ſeruos quoqꝫ ꝛ ancillas:iniuſtitias:ꝛ aloco ī locū mutationes.

¶ De ſeptima domo.

Septima domꝰ eſt angulus occidentalis:ꝛ ſignificat nuptias ꝛ res earū:plia ꝛ cōtētiones:ꝛ cōtrarietates:ꝛ cōuentiones q̄ fiūt inter duos:illū quoqꝫ q querit ꝛ q̄rit̄ vt fugituꝰ ꝛ latro:ꝛ āmiſſū ꝛ cetera boꝝ ſilia:pegrinationes ꝛ amiſſiones reꝝ ꝛ cās eaꝝ:ꝛ hoc ſignū eſt inimicuꝫ aſcendentis:ꝛ oīs planeta q in eo fuerit opponit̄ aſcendēti.

¶ De octaua domo.

Octaua domus ſuccedit angulū occidētalem ꝛ ſignificat mortē ꝛ interfectionē ꝛ venena letalia:ꝛ metū ꝛ qcqd hereditat̄ a mortuis:ꝛ oē qđ interyt ꝛ laborē ac triſtitiam bella quoqꝫ ꝛ cōtētiōes ꝛ pediſſeqs ſiue auxiliatores aduerſarioꝝ ſiue contentoꝝ ꝛ cōmendata.i. q̄ traduntur ſeruanda:ꝛ villicatiōes ſegnities atqꝫ igenia.

¶ De nona domo.

Nona domus eſt cadens ab aſcēdēte ꝛ ſignificat peregrinationes ꝛ itinera ꝛ deitatis culturā:ꝛ oēs domos religionis:philoſaphiā ꝛ preſciētiā oīum reruꝫ:ſapiētiā aſtroꝝ ꝛ diuatōes eplas:ꝛ legatos ꝛ legatiōes:ſeu rumores:ſōnia:fidē:ꝛ ſapientiā diuinā:ꝛ ſāctitatē atqꝫ religionē:ꝛ oēs res pteritas atqꝫ recedētes ꝛ viꝝ ab honore ſiue opē ſuo depoſitū ꝛ res futuri ſeculi ꝛ preſciētiam futuroꝝ.

¶ De decima domo.

Decima domus dicit̄ angulus celi:ꝛ ſignificat regem ſeu regnuꝫ exaltationē ꝛ iperiū:glām:ꝛ memoriam:ſeu laudis voceꝫ: matres quoqꝫ ꝛ ſubam furatā atqꝫ ablatā:iudices pncipes ꝛ prelatos opū:ꝛ oē magiſterium.

¶ De vndecima domo.

Vndecima domus ſuccedit angulꝫ celi ꝛ ſignificat amicos:fiduciā atqꝫ fortunā:ſubaꝫ regis atqꝫ eiꝰ redditus vel tributa:ꝛ eiꝰ milites ꝛ pediſſequos ꝛ viruꝫ q ſuccedit regē ſeu principē primū.ꝛ ſignificat laudationes ꝛ filios. ¶ De duodecima domo.

Duodecima domus ē cadēs ab aſcēdēte nec aſpicit eū:ſignificat inimicos ꝛ labores:lamētatiōes ac triſtitias ſuſurrationes:doloſitates:iuidias ꝛ calliditates maliuolentias ꝛ peregrinationes maliciā:laborē:carceres:ac beſtias. ¶ De diuiſione circuli ꝛ dignitatibꝰ ſiue fortitudinibus domorum.

Digniora aūt oibus circuli loci ac laudabiliora ſeqꝫ ī iuuicē ī fortitudine,ſuccedētia ſic diſtinguūt̄. Circulus diuidit̄ i.xy.ſigna.ex quibꝰ.iiy.nominant̄ anguli.i.ſignū aſcēdēs.4^{m}.7^{m}ꝛ.10^{m}.hec ſigna ſūt velut āguli celi q̄ ſignificant oē qđ pſens fuerit ex rebus.i.pñtiam reruꝫ ꝛ fortitudinē ī oī re ꝛ ex eis.4.vocant̄ ſuccedētia ſiue ſequētia anguloꝝ.i.aſcendentia poſt eos.i.ſcđm 5^{m}.8^{m}.ꝛ 11^{m}.hec ſignificāt oē qđ futurū eſt:ꝛ qcqd fit:ꝛ ſuccedit ex rebus ꝛ reliqua quattuor dicunt̄ cadētia ab angulis qui receſſerūt ꝛ ceciderunt ab angulis q̄ ſunt.3^{m}.6^{m}.9^{m}.ꝛ 12^{m}.ꝛ hec ſignificāt qcqd receſſit ꝛ abyt nutu dei ex rebꝰ. ¶ Fortior oibus locis circuli eſt aſcendens ꝛ hoc ſignuꝫ eſt dignius oibus ſignis ꝛ planeta qui ī eo fuerit eſt fortior oībus planetis ꝛ maxime ſi fuerit idē plta ī domo ſua vł ī exaltatiōe vł triplicitate aut ī termino vel ī facie ſua:deide ſuccedit ī fortitudine āgl's celi:deide ſuccedit āgl's occidētal'.i.ſeptimū ab aſcēdēte:deide ſuccedit angulus terre.i.q̄rtū ab aſcēdēte. Poſt hec ſeq̄t̄ hāc domū ī fortitudie domꝰ.11ª.ab aſcēdēte.ꝛ hāc domꝰ.5.deide.9. Hec ſeptē loca ſūt laudabiliora ꝛ fortiora: primus locꝰ ē melior ſcđo.ſcđs melior tertio.ꝛc̄.ꝛ eliguntur poſt hec ex ſignis q̄ bona cognoſcūt̄. Signū .3^{m}.ab aſcēdente:eo ꝙ ſit locus gaudy lune:deide locꝰ ſecūdus ab aſcēdēte eo ꝙ aſcēdat pꝰ aſcēdēs. In.8.āt ſigno ab aſcēdēte ē ipe dimētū ꝛ iſortuniū magnū:qꝛ ē domꝰ mortis ꝛ non aſpicit aſcēdēs.reſidua quoqꝫ circli ſigna.i.6^{m}.ꝛ.12^{m}.ſūt peiora oibꝰ locis atqꝫ deteriora:ꝛ oīs plta q ī his locis fuerit nulliꝰ pfectus erit.qꝛ.6.ſignū ab aſcēdēte ē locꝰ īfirmitatū ꝛ vicioꝝ ꝛ oīuꝫ morboꝝ ſepabiliū ꝛ īſepabiliū:ꝛ ē cadens ab aſcēdēte:nec aſpicit eū ꝛ ē locꝰ gaudy martis ꝛ duodecimum ab aſcēdēte:ē locus inimicoꝝ ꝛ laboris atqꝫ triſtitie:ꝛ ē cadēs ab aſcēdēte:nec aſpicit eū ꝛ eſt locꝰ gaudy ſaturni. Nam ſaturnꝰ gaudet ī lamētatiōe atqꝫ plāctu:ac tribulatōe. Et nota ꝙ oē ſignū aſpicit tertiū ante ſe.ꝛ tertium poſt ſe quod eſt vndecimū:ꝛ hic aſpectus dicit̄ ſextilis eo ꝙ ſextā partē circuli teneat.ideſt.60.gradus de.360.gradibus totius circuli.verbi grā.plta qui fuerit in initio arietis aſpicit eum q fuerit in gemini ante ſe ꝛ eum qui fuerit in aquario poſt ſe ꝛ aſpicit quartū ante ſe:ꝛ quartum poſt ſe.ideſt 10^{m} ꝛ h aſpectus dicit̄.4ꝰ.eo ꝙ quartā ptem circuli teneat ideſt.9.gradus. Aſpicit quoqꝫ.5^{m}.añ ſe.ꝛ.5^{m}.poſt ſe.i.9.ꝛ h aſpectꝰ dr̄ trinꝰ eo ꝙ teneat tertiā ptē circli.idē.120.gradus. Aſpicit ēt 7^{m} p oppoſitionem ꝛ hic aſpectus ē inimicitie et ſi in his ſignis fuerit plte:dicuntur ſe aſpicere.

¶ De aſpectibus planetarum.

Hi ſunt aſpectus planetarum.i.coniunctio ſextilis:et quartus trinus atqꝫ oppoſitus. Nam coniunctio eſt quando duo planete iunguntur in vno ſigno:ꝛ ſunt inter eos.12.gradus ꝛ infra:hoc eſt terminꝰ coniunctionis. ¶ Sextilis aūt aſpectꝰ ē a.3.ſigno:ꝛ ab.11. Quartꝰ aſpectꝰ eſt a.4.ſigno ꝛ.10. Trinus aſpectus eſt a 5° ſigno ꝛ 9°. Aſpectus vero oppoſitus eſt a ſigno ſeptimo. Igitur his aſpectibus fortior eſt coniunctio atqꝫ oppoſitio.ꝛ hi ſunt fortioris operis atqꝫ inimicitatis:ꝛ hi aſpectus ſignificant inimicos palam nocētes:ꝛ ſignificāt cōtrarietates ꝛ participatiōes. Aſpectus quartus eſt medius.i.non ex toto detegit inimicitias. Et aſpectus ſextilis ſecundus.i.qui fit ab 11° ē fortior ſextili aſpectu pmo. Et quartus aſpectus ſcđs.i.qui fit a decimo eſt fortior quarto aſpectu pmo:ꝛ ex trinis aſpectibꝰ nona domus.i.aſpectus ſecundus fortior eſt trino aſpectu primo:ꝛ hic aſpectus vocatur eleuatio ideſt altior. Signa aūt que ſe inuicē nō aſpiciūt:nec planeta qui in eis eſt aſpicit alium ſunt hec.ſignum 2^{m}.6.8.ꝛ.12.cetera vero preter hec aſpiciunt ſe.

¶ De effectu ꝛ detrimento planetarum.

Scito ꝙ oē qđ ſignificāt ſtelle faciendū vel nō:fit.16.modis:hꝫ ē alichel arabice:qđ latie ſōat pfectꝰ. Alidh ideſt deterioratio. Alctiſal.i.cōinctio. Alinciraf.i.ſeparatio ſiue diſiūctio planetaꝝ a cōiunctōe ſua. Annael.i.tranſlatio. Algēmee.i.cōgregatio vł collectio:qđ meliꝰ ſonat. Almanc.i.vetatio vel prohibitio. Alcobol.i.receptio. Gairalcobol.i.inreceptio. Galaacen.i.euacuatio curſus. Aircbad.i.redditus. Dapha alchia.i.pulſatio vtutis. Dapha aredir.i.pulſatio diſpſiōis ꝛ nature. Alcdetib.i.vtus vł fortitudo. Adof.i.debilitas. Uvanuelbalcamar.i.eſſe lune.

¶ Expoſitio alichel.

Alichel ē qñ plte fuerint ī angulo vł in ſequente angulum. Alidh eſt vt ſit planeta cadens ab angulis. Alictiſal eſt vt petat planeta leuis atqꝫ velox coniūctionem alterius planete tardioris atqꝫ ponderoſioris:et ſit planeta leuior minus gradibus q̄ tardior q̄ diu iuerit ad eum:donec iungatur ei:ꝛ fuerit in tali minuto p aſpecum. Mutatil.i.coniunctus vel conglutinatus ita vocat̄: donec ſeparatur ab eo per gradus vnius ſpacium:ꝛ tūc vocatur inuerſarif:ideſt ſeparatur ab eo. Sed ſi coniungunt̄ planete ī vno ſigno:non dicitur ſeparatus planeta ab alio donec tranſeat euꝫ per ſpacium ſui dimidy orbis:ideſt ſu

luminis: quia vnuſquiſq; planeta habet orbem luminis: et partes ſingulares: ⁊ dimidiū ipaꝝ partiū ē āte ipm plām: ⁊ aliud dimidiū poſt eū quo ſpacio dū tranſierit plta aliuꝫ vocatur ſeparatus ab eo.

¶ Scietia luminū vel orbiū pltaꝝ.

Scito ꝙ orbis lūinis ſolis ē.30.graduū: cui⁹ medietas eſt ante illū. id eſt.15. gradus āte ipꝫ ſolē ⁊.15.gradus retro. Cumq; fuerint inter ſolem ⁊ aliquem planetarum gradus ab vno vſq; ad.15. tūc proycit lumen ſuum ſuper eum ⁊ coniungitur ei: ⁊ lumen lune.12. gradus ante: ⁊.12. retro. ⁊ lumen veneris ⁊ mercurij vniuſcuiuſq; eorum ſeptem gradus añ ⁊ ſeptem retro hui⁹ luminis q̄ntitate alter alteri iūgit̄ plte. lumē ſaturni ⁊ iouis vniuſcuiuſq; eoꝝ.9.gradus ante ⁊.9.retro. Lumē aūt martis ē.8.gradus añ. ⁊.8. retro. Cūq; aſpexerit plta aliū ⁊ ſuo lūe ꝑcuſſerit gradū illius dicit̄ cōiūgi illi: ⁊ niſi ꝑcutiat cū lūine ſuo: ſi vocat̄ ei cōiunctus: ſed vadēs ad cōiunctionē donec icipiat iūgi ei: ⁊ ſi fuerit plta i fine alicuius ſigni nemini iunctus ⁊ ꝑcuſſerit alterū ſignum lumine ſuo qſq; pltarū fuerit dignior lumie illo: erit cōiuctus ei lꝫ plta q fuerit i p̄mo ſigno nō videat eū.

¶ Expoſitio receſſiōis vl' ſepatiōis pltaꝝ.

Expoſitio receſſiōis vl' ſepatiōis pltaꝝ ē vt p̄tereat plta levior aliū ponderoſiorē: ⁊ incipiat hr̄e plus gradus tā i aſpectu q̄ i cōiūctione. nā aſpectus eſt a ſigno in ſignū. Cōiunctio āt dicit̄ a gradu in gradū: ⁊ hec ſcia eſt meſahalah. i. quem deus voluit magiſtrum.

¶ De trāſlatiōe luminis.

Trāſlatio luminis a plta in pltam eſt vt ſeparetur plta levior ab alio ponderoſiori ⁊ iungatur alteri: tūc quaſi cōiungit eos ⁊ defert naturam p̄mi ad alterū cui iungitur. Cuius rei exēplar ē: vt eēt aſcendēs virgo: ⁊ ⁊ fieret iterrogatio de ꝯiugio: ⁊ eſſet luna in.10°.gradu ſigni geminorum: ⁊ mercurius i octauo gradu leonis. ⁊ Juppiter in.13.gradu piſcis erat dominus aſcendentis qui erat ſignificator iterrogationis nō aſpiciebat iouem q ē dn̄s dom⁹ cōiugij: qr erat i.8.ſigno ab eo. Aſpexi ergo lunā quā .ſ. inveni i.10.gradu geminoꝝ ſepatā a mercurio ⁊ iunctā ioui: deferebat eni iter vtroſq; lumen: ⁊ hic ſignificauit effectū rei. i. acceptionē mulieris ꝑ manus legatoꝝ ⁊ inter vtroſq; diſcurrētiū.




¶ De cōiunctione luminis pltaꝝ.

Coniūctio luminis ē qn̄ dn̄s aſcēdētis ⁊ dn̄s q̄ſite rei: iungunt̄ plte ponderoſiori ſe: q ꝯiūgat eorum fortitudinē atq; lumen: ⁊ accipiat eoꝝ naturas. v̄.g̃ra. q̄dā interrogatio fuit de rege vtrū acqreret regnum an nō: ⁊ erat aſcendens ſignū libre: cui⁹ dn̄a venus que erat ſignificatrix interrogationis i.10. gradu ſigni arietis: ⁊ luna dn̄a dom⁹ regie: q̄ ſignificat regnū in.12.gradu ſigni tauri non aſpicientes ſe: ⁊ erat iuppiter i.15.gradu ſigni cancri in angulo celi i domo .ſ. regia ⁊ luna atq; venus iungebantur ei: coniungebat ergo iuppiter lumen. i. radios ābaꝝ i loco queſite rei. i. in loco regni ⁊ ſignificat acqſitionē regni per manus cuiuſdā ducis ſiue epi vel ꝑ manus alicuius viri dilecti cui ambo plte libenter tribuant aſcenſū.




¶ De ꝓhibitione luminis ⁊ fit tribus modis.
AL mana.i. ꝓhibitio fit tribus modis: quoꝝ vnꝰ dicitur abſciſſio luminis: ⁊ hic fit qñ inter dñz aſcendentis ⁊ dominum queſite rei fuerit pl'ta aliquis in paucioribus gradibꝰ vnius eoꝝ ⁊ fuerit coniunctio cũ eodẽ anteq̃ꝫ fiat cõiunctio cũ dño rei: cuius exemplum eſt vt eẽt aſcendẽs virgo: ⁊ interrogatio fieret de coniugio: ⁊ mercurius dñs aſcendentis qui eſt ſignificatoꝛ interrogantis in. xº gradu ſigni cancri: ⁊ iuppiter dñs domus ſeptime qui eſt ſignificatoꝛ ſponſe i.15.gradu ſigni piſcis: ⁊ mars erat i.13.gradu arietis: abſcindebat ergo mars lumẽ mercury a Joue: ⁊ erat mars in.8.ſigno.ſ.ſube mulieris: ſignificauit ꝙ deſtructio huius rei fieret ex deſcriptiõe dotis.






¶ Scđs modus eſt: vt pl'ta leuis: ⁊ alter ponderoſioꝛ ſint ambo in vno ſigno ⁊ ſit tertius inter eos i eodẽ ſigno petens coniunctionẽ põderoſioꝛis: hͦ aufert coniunctionẽ pꝛimi: cuiꝰ exẽplũ eſt vt eſſet aſcendens cãcer ⁊ interrogatio fieret de coniugio. ⁊ luna i.8.gradu geminoꝛũ ⁊ mars in gradu.10.ꝑdicti ſigni. Saturnus vero in.12.gradu eius ante martem: Mars ergo ſeparat lunam ⁊ ſaturnum: ⁊ aufert cõiunctionem eoꝛum ⁊ deſtruit cauſam eoꝛum.



Tertius modus eſt vt pl'ta leuis iungatur alteri pla
nete ponderoſiori ī vno ſigno: ⁊ ſit alter q eidē ponde
roſiori ꝑ aſpectum iungaᷣ qui ſit infra illam leuiorez
in gradibus.i.minus gradibus. Pl'ta ergo leuis q cuꝫ
ponderoſo eſt in vno ſigno ꝓhibet coniunctionem
alterius qui aſpicit. Cūqꜫ tranſierit: vera erit eius con
iunctio: ⁊ is modus ſil'r ꝓhibet cās ⁊ reddit eas ſic
aly precedentes. Cuius exemplar eſt: vt eēt aſcēdens
cancer: ⁊ fieret interrogatio de coniugio: ⁊ luna dn̄a
aſcendentis q̄ eſt ſignificatrix interrogantis eēt in.15.
gradu ſcorpionis ⁊ mars i.18. gradu tauri: ⁊ ſaturnꝰ ī
23. gradu eiuſdem tauri: eratqꜫ mars ſupra gradus lu
ne.i.in plus gradibus: et iō abſcindebat aſpectū inter
lunam ⁊ ſaturnum et ꝓhibebat eoꝝ cōiunctionez: qꝛ
mars iūngebaᷣ ſaturno ī vno ſigno et huius cōiūctio
eſt fortior cōiunctione aſpectus. Aſpectus eni nō de/
ſtruit coniunctionē: ſed cōiunctio deſtruit aſpectuꝫ:
et aſpectus nō abſcindit aſpectū ſed ꝓhibet cām. Cō
iunctio vero abſcindit aſpectuꝫ: et aliqn̄ iungiᷣ vnus
planeta alteri: ſed anteqꜫ veniat ad ip̄m iungiᷣ alteri:
et cū illi iūnctus fuerit deſtruiᷣ ip̄a cōiunctio.

Sil'r ſi pl'ta iungaᷣ alteri pl'te ī vno ſigno ⁊ mittat
diſpoſitionem ſuam alteri.i.iungaᷣ alteri qui ſit ī alio
ſigno: ⁊ poſt coniunctionem iſtiꝰ ꝑ aſpectum peruene
rit ad eum cum quo eſt in vno ſigno ⁊ iungitur ei erit
iudicium ſecūdū planetam qui eſt cum eo in eodem
ſigno: cuius exēplū eſt: vt eēt luna in.10. gradu tauri: ⁊
mars in.20. gradu eiuſdē tauri: ⁊ luna iūgeretur vene
ri per aſpectum anteqꜫ iungeretur marti: ⁊ eēt venus
in.15. gradu cancri: lꝫ eēt venus minus gradibus refe
retur tn̄ iudiciuꝫ ad martem eo ꝙ eēt cū luna ī ſigno
vno ⁊ huiuſmodi cōiunctio fortior eſt aſpectu vt dixi
mus hec eſt expoſitio eoꝝ que diximus qꝛ aſpectus
nō annullat cōiunctionē ⁊ cōiūctio ānullat aſpectuꝫ.



De receptione pl'taꝝ.

Fit aūt receptio pl'taꝝ cū pl'ta iungitur planete
a domo vel exaltatione ſua tunc recipit eum
bono aīo ⁊ perfecta receptione. Eſt ⁊ alia rece/
ptio infra iſtam.i.minor iſta qn̄ videlꝫ planeta iungi
tur pl'te dn̄o ip̄ius triplicitatis ⁊ termini: vel dn̄o ter/
mini: ⁊ faciei.i.qn̄ iungitur pl'te qui habeat ī loco ſuo
de his minoribus dignitatibus duas vel plures: ⁊
tunc erit vera receptio. Si vero vnā tm̄ habuerit nō
erit ibi receptio ⁊ iō dic hic qꝛ quod diuerſū fuerit ab
iſtis: alienatur a perito aſtrologo: ⁊ ꝓ nihilo diciᷣ. Cu
ius exemplar eſt vt luna eſſet in ariete: ⁊ iūgereᷣ mar
ti qui eſt dn̄s arietis ⁊ tūc reciperet eam mars: qꝛ eſt ī
domo eius: aut iungeretur ſoli reciperet eā ſol: qꝛ eſt


domus exaltationis ſue:aut eēt in tauro:⁊ iungeretur veneri aut in geminis:⁊ iungeretur mercurio: hec eſt receptio perfecta. Receptio aūt triplicitatis eſt vt ſit luna in virgine in termino veneris ⁊ iungatur eidem veneri:eſſetq̧ venus dña triplicitatis lune ⁊ domina termini eius:aut ſi eſſet luna in geminis in termino ſaturni:⁊ iungeret̄ ſaturno: reciperet eam ſaturnus: qꝛ eſt dominus triplicitatis ⁊ termini. Cūq̧ fuerit luna vel planeta in tali ſimilitudine erit recepta. Hec ē ſententia meſebalab:in receptione triplicitatis ⁊ termini. Et ſi fuerit luna ī hac ſimilitudine iuncta alicui planete:⁊ ip̄e planeta iūctus fuerit dño domus in quo eſt luna:aut domino eius exaltatiōis erit luna recepta:⁊ ſi fuerit luna vacua curſu:poſt hec trāſierit ad alterū ſignum ⁊ iuncta fuerit domino primi ſigni aut domino exaltationis eius:erit luna recepta:⁊ ſi fuerit planete iuncta qui non fuerit dominus primi ſigni aut dominus exaltationis eius impedit eam. Sed hec loca ſūt:in quibus nō fit receptio neq̧ coniunctio:cum luna.ſ.aut dominus aſcendentis iunctus fuerit planete qui non habeat in loco lune vel domini aſcendentis teſtimonium.i.aliquam dignitatem nō cognoſcit eum nec recipit. Similiter ſi iūcta fuerit luna aut dominus aſcēdētis planete ī deſcenſiōe ſua erit quaſi q venit ad euz de domo inimicoꝝ ſuoꝝ:⁊ nō recipit euz nec diligit. Cuius exemplum eſt:vt ſit luna in ariete: ⁊ iūgatur ſaturno:aut ī capricorno ⁊ iungatur ioui:aut ī cancro ⁊ iūgatur marti:aut ī libra:⁊ iungatur ſoli:aut ī virgine ⁊ iūgatur veneri:aut ī piſcibus:⁊ iūgat̄ mercurio:⁊ ſi aliquis ſignificator fuerit ī deſcēſione ſua: ⁊ iunctus fuerit planete qui non habeat in loco illius ſignificatoris poteſtatem:domum.ſ.vel exaltationem: videbis eum pro nihilo:ac ſi alicui querēti daretur veſtimētū ignotū:⁊ ſi iūctus fuerit planeta alteri planete in deſcenſione ſua:aut deſcēderit ip̄e pl'ta pulſans facit eum deſcēdere:⁊ minuit qđ veniet ei ex hoc.

¶ De curſu pl'te vacui.

Expoſitio curſus vacui cum luna ⁊ orbis eius: vel planeta fuerit vacu⁹:⁊ planeta fuerit quaſi exulans:tunc dicitur vacuus curſu:hoc eſt quādo nulli planete iungitur:aut nullus planetarum iungitur ei.

¶ De expoſitiōe redditus.

Expoſitio redditus eſt quādo planeta vel luna iungitur retrogrado planete aut ſub radys ſolis ⁊ reddit ei quod recipit ab eo:⁊ deſtruit cauſam. Alter quoq̧ modus eſt de redditu ⁊ iudicio ⁊ deſtructione:vt iungatur planeta pulſans.i.leuis qui ſit cadens ab aſcendente planete ponderoſo cadenti tūc reddit ei quod recepit ab eo ⁊ deſtruit eius diſpoſitionez:⁊ ſignificat ꝙ interrogatio ipſa non habeat initium nec finem:cuius exemplum eſt:vt ſit aſcendens cancer ⁊ luna in ſagittario in ii°.ſ.cadens ab aſcendente ⁊ iungatur marti:⁊ ip̄e mars fuerit in geminis i.iz°. ab aſcendente cadens.⁊ tunc ſignificat deſtructionē inity interrogatiōis huius ⁊ finis.



¶ Et eſt alius modus de redditu vt ſit planeta leuis q iungitur in angulo:⁊ iungatur planete cadēti ab aſcendēte:cui erit illi cauſe initium:qꝛ ille qui iūgit̄ q ſignificat rei initiū: erat in angulo ⁊ non habebit finē:qꝛ receptor ei⁹: q ſignificat finē rei erat cadens: ⁊ ille qui iungitur eſt leuis:⁊ ab eo eſt initiū rei.⁊ receptor eſt ille qui eſt pōderoſus:⁊ nominatur receptor diſpōnis: ⁊ leuis vocatur pulſator diſpoſitiōi.

¶ De pul ſu virtutis.

Expoſitio huius rei eſt vt iungatur planeta alteri de domo ſua:aut de triplicitate:aut de exaltatione ſua ſub tali exemplo:vt eſſet.ſ.luna in cancro vel in tauro ⁊ iungeretur ioui vel alteri ex planetis⁊ pulſaret virtutem ſuam ad eum:qꝛ pulſauit.i.cōmiſit diſpōnem ſuam đ domo ⁊ exaltatione ſua. Similiter faciunt reliqui cum pulſauerint diſpoſitionem ex domibus vel exaltatōib⁹ ſuis.

¶ De pulſu diſpōnis ⁊ nature.

Pulſatio quoq̧ diſpoſitionis ac nature eſt: vt planeta iungatur cum alio planeta de domo vel exaltatione⁊ pulſet diſpoſitionem ſeu naturam ſuam ad eum:cuius exemplum eſt vt luna vel aliquis planetarum eſſet in ariete ⁊ iungeretur marti:vel eſſet in geminis ⁊ iungeretur mercurio:⁊ luna cū fuerit in tauro vel in cācro pulſat vtraſq̧:virtutem.ſ.⁊ diſpoſitionem⁊ cum non fuerit in his duobus ſignis:pulſat tm̄ diſpoſitionem.

¶ De fortitudine planetarum.

Expoſitio autem fortitudinis planetarum cui deerit occaſio ſiue impedimentum ad perficiendam cauſam cum receperint atq̧ promiſerit:fit hoc vndeci modis ¶ Quorum primus eſt:vt planeta ſit in bono loco ab aſcendēte.i.ī angulis ⁊ ſuccedētib⁹ anguloꝝ ex locis.ſ.qꝛ aſpiciūt aſcendens. ¶ Secundus eſt:vt ſit pl'ta in aliqua partium

ſuarum vel dignitatuȝ hoc in domo ſua:aut exaltatiōe aut triplicitate:vel termino ſeu facie ſua vel gaudio ſuo.Tertius eſt vt ſit directꝰ.Quartus vt non ſit cum eo malus planeta.i.i eodē ſigno i quo fuerit cui ſit iūctus:aut aſpiciat eū ab oppoſitione vel a quarto aſpectu.Quintꝰ vt non iungat̄ ſtelle cadenti ab aſcendente:aut planete qui ſit in deſcenſione ſua:aut ſit ipē in deſcenſiōe ſua.Sextus vt ſit receptꝰ. Septimus vt ſint planete altioꝛes maſculini:q ſūt Saturnus.Juppiter ⁊ Mars oꝛientales.i.vt appareant in mane exeūtes ď ſub radys ſolis:⁊ planete feminini.i.venus:mercurius luna occidentales.i.apparētes veſpere.Octauus:vt ſint planete ī ſuo lumine.i.ſint planete maſculini ī die ⁊ feminini i nocte.Nonus vt ſint planete in ſignis fixis.Decimus vt ſint planete ī coꝛde ſolis:cum ſole in vno gradu: qꝛ tunc foꝛtune augent foꝛtunam ⁊ bonum:⁊ maloꝛuȝ confoꝛtatur malum.Undecimus eſt vt ſint planete maſculini in quartis maſculinis ex partibus aſcendētis ex circulo:ħ eſt a medio celi ī aſcēdētē.i.a quarto ī ſeptiuȝ directi:⁊ planete feminini:ī quartis femininis.i.a ſeptimo ī medium celi ⁊ ab aſcēdente ī quartum directi:⁊ ſint planete maſculi:in ſignis maſculinis ⁊ planete feminini ī ſignis feminis.hec ſūt teſtimonia quibꝰ cōfoꝛtantur planete ⁊ nō habēt occaſionē que eis noceat:ad perficiendam cauſam:quādo recēperint ⁊ promiſerint.

De debilitate planetarum.

Debilitas vero pl̄arum fit.io.modis:⁊ impedimētuȝ eoꝛum in natiuitatibus ⁊ iterrogationibus ex quibꝰ modis vnus eſt:vt ſit pl̄ta cadēs ab āgulis ⁊ nō aſpiciat aſcēdens.i.in ſexto vel duodecimo.Secūdus eſt vt ſit pl̄ta retrogradus.Tertius vt ſit ſub radys ſolis.Quartus vt iūgatur malis planetis ex cōiunctiōe vel oppoſitione.i.vt ſit cum eo in vno ſigno vel ſit in ſeptimo eius aut ex q̄rto aſpectu.i.ā quarto ſigno.Quintus vt ſit obſeſſus inter duos malos.ideſt vt ſeparetur ab vno malo ⁊ iūgatur alteri.Sextus vt ſit pl̄ta ī deſcenſione ſua:vel iungatur planete qui ſit ī ſua deſcenſione.Septimus vt iungatur planete cadenti ab aſcēdente aut ſit a planeta ſeparatus qui euȝ recipiebat.Octauus vt ſit planeta ī domo in qua non habet teſtimonium.i.aliquam dignitatem.i.vt nō ſit ī domo ſua aut exaltatione ſua:vel triplicitate ⁊c.⁊ vt ſit peregrinus:⁊ iam inſequutus a ſole.i.ante ſolem.Nonus vt ſit planeta cum capite vel cauda:ſi ei nulla fuerit latitudo.Decimus cum planete impedierit ſemetipos.i.cū fuerint ī oppoſitione domoꝛum ſuarum:qđ eſt illis quoddam impedimentū.Hec ſūt ergo capitula in quibus eſt impedimētum ſeu detrimentum planetaꝝ que fiūt ī natiuitatibus.i.iterrogatōnibus ⁊ in ceteris operibus.Serua ergo hos modos quos diximus ī planeta qui recipit diſpoſitionem ⁊ qui pollicet̄ cauſam.

De vicys lune ⁊ eius malo eſſe.

Vicia ergo lune ⁊ eſſe ſuuȝ malum quibus detrimenta facit rerum in omni iterrogatione:⁊ ī omni initio ſunt.io.modis.Et primus eſt vt ſit luna.ſ.ꝯbuſta infra radios ſolis:nōdum tranſiens.iz.gradus.⁊ poſt ipm ſimiliter:ſed ħ leuius eſt.Secundus vt ſit ī gradibus deſcēſionis ſue:aut iungatur planete ī ſua deſcenſione.Tertius vt ſit ī oppoſitione ſolis infra gradus.iz.nōdum veniens ad gradum oppoſitionis.Quartus vt ſit iuncta malis vel aſpiciant eam a quarto aſpectu:aut ab oppoſitione: aut ſit obſeſſa inter duos malos ſeparata.ſ.ab vno:⁊ iūcta alteri.Quitꝰ vt ſit cū capite vl̄ cauda ī vno ſigno ⁊ ſit iter eos minꝰ.iz.gradibꝰ.Sextꝰ vt ſit ī ſigno.iz.a domo ſua:qđ ſignuȝ ē gemioꝛū:aut ſit ī fine graduū ſignoꝝ q ſūt termi maloꝛuȝ Septimꝰ vt ſit cadēs ab angulis aut iūgat̄ planete cadēti ab angulis.Octauus vt ſit ī via combuſta:hoc ē ī fine libꝛe ⁊ initio ſcoꝛpiōis.Nonus vt ſit feralis vel curſu vacua.Decimꝰ vt ſit curſu tardioꝛ.i.qñ minuit̄ ex ea eiꝰ eq̄tio:aut qñ minuit̄ lumē eiꝰ qđ ē ī fine mēſis lunaris.Hec ſunt p̄dicta vicia lūe ⁊ eiꝰ ipedimēta:ſub quibꝰ nō dȝ vllū opꝰ incipi.i.dum ita fuerit luna nō debet aliquod opus incipi: nec laudatur ī natiuitate nec ī peregrinatiōe.Scito ēt eſſe lune ī augmento huius luminis ⁊ eius diminutione.i.dum creſcit ⁊ dum minuitur:qꝛ luna dum augmentatur.i.dum creſcit ſi aſpexerit eam mars a ſigno quarto vel ā ſeptimo:aut fuerit cum ea in vno ſigno:ipedit eam mars:qꝛ erit tūc calidā Econtrario autem ſi cum ea fuerit ſaturnꝰ ⁊ minuitur:aut eam aſpexerit a quarto aſpectu vel ab oppoſitiōe impedit eam:quia cum fuerit luna plus lumine.hoc eſt in initio mēſis ⁊ fuerit calida:non impedit eam ſaturnus:qꝛ ē frigidꝰ.⁊ impedit eam mars qꝛ eſt calidus: ⁊ cum fuerit minus lumine:hoc eſt in fine mēſis erit frigida:tunc nō impedit eaȝ mars:quia eſt calidus:⁊ ipedit eaȝ ſaturnus qꝛ eſt frigidus Et ſcito ꝙ ſaturnus in natiuitatibus diurnis ⁊ iterrogationibus que interrogantur in die:⁊ in initio mēſis.⁊ ī ſignis maſculinis minus impedit:⁊ in fine menſis:⁊ ī ſignis femininis plus impedit:⁊ mars in nocte ⁊ in ſignis femininis:⁊ in fine menſis minus impedit:⁊ in die ⁊ in initio menſis et in ſignis maſculinis plus impedit:et non vocat̄ planeta impeditus nec luna:neqȝ ſignum:donec ſint mali cum eo: aut aſpiciant eum a quarto ſigno vel a ſeptimo: aut a decimo: nec vocatur foꝛtunatus planeta:neqȝ aſcendēs donec ſint foꝛtune in angulis eiuſdem pl̄te:vel in angulis aſcēdentis.

De planetis obſeſſis.

Expoſitio planete obſeſſi eſt:vt ſit planeta inter duos malos ſeparatus ab vno eoꝛum ⁊ iunctus alteri abſqȝ pꝛoiectione radioꝛum alterius planete inter eos.i.vt nullus alius planeta pꝛoyciat radios ſuos iter eos:⁊ eo foꝛtius ac deterius ſi fuerit ſeparatio ac coniunctio a ſeptē gradibus ⁊ infra:cuius exemplum eſt:vt ſit mars in decimo gradu cancri.⁊ ſaturnus in.i8.gradu arietis:⁊ luna in.iȝ.libꝛe:⁊ luna ſeparata a marte ex quarto aſpectu ſcđoꝛ iuncta ſaturno ab oppoſitione:tunc erit luna obſeſſa: quia ſeparata a lumine martis ⁊ iuncta lumini ſaturni.

De planeta in lumine ſuo.

Dicitur planeta eſſe in lumine ſuo:vt mars cum fuerit in nocte ſignificatoꝛ qui eſt nocturnus: ⁊ ſaturnꝰ in die dicitur eſſe in lumine ſuo qui eſt diurnus.

De teſtimonys planetarum.

Expoſitio quoqȝ eoꝛum que dicuntur de planetis ꝙ habent teſtimonia aut partes ſeu dignitates: ſi fuerit planeta in domo ſua aut in exaltatione ſua; aut triplicitate vel in termino ſuo:aut in facie ſua: ipſe eſt ꝑficiens cum fuerit in ſigno in quo habeat teſtimonia.

De gaudys planetarum.

Expoſitio autem gaudy planetarum fit quatuoꝛ modis.p̄mo aūt gaudium eoꝛum eſt ex circulo qꝛ mercurius gaudet in aſcendente:et luna in tertio: ⁊ venus gaudet in.5.⁊ mars in.6.⁊ ſol in.9.⁊ iuppiter in.ii.⁊ ſaturnus gaudet in.iz. Secūdo gaudium qđ habet ex foꝛtitudine eoꝛum in domibus ſuis.Nam ſaturnus gaudet in aquario:eo ꝙ ſit ſignum maſculinum:⁊ iuppiter gaudet in ſagittario:⁊ mars in ſcoꝛpione:⁊ ſol in leone: ⁊ venus ī tauro ⁊ mercuriꝰ ī virgine ⁊ luna gaudet ī cancro. Tertio qꝛ planete diurni gaudent cū fuerit in oꝛiente: hoc ē quando oriuntur in mane:⁊ planete nocturni gaudent cuȝ apparuerit veſpere ī emiſperio occidentali. Habēt ⁊ quartū gaudy modum:qꝛ ſaturnus ⁊ iuppiter:atqȝ mars gaudent cum fuerint in parte circuli maſculina:que eſt a medio celi vſqȝ in aſcendentem:⁊ a ſigno quarto ī ſeptimuȝ luna vero ⁊ venus gaudent cum fuerint in parte feminina a.7.ſ. vſqȝ in medium celi:⁊ ab aſcendente in angulū terre: qđ ē ſignum quartum.Mercurius autem gaudet in vtriſqȝ

ptib⁹.i.cũ fuerit cũ pl'tis maſculinis:gaudet i pte ma
ſculina ⁊ cũ fuerit cũ femininis:gaudet i pte feminia
ppter diuerſitatẽ hoꝝ pl'taꝝ ⁊ eoꝝ domoꝝ.

¶ Incipiunt precipua iudicia ⁊ ſunt.50.
primũ de receptione diſpõis p lunam. I.

Scito ꝙ ſignificatrix.i.luna cuius circulus eſt
omnium planetarũ circulis propior terre pre
omnib⁹ planetis eſt conſimilis rebus mundi.
Nõne vides ꝙ homo incipit eẽ paruus:deinde creſcit
donec finiat.Similiter facit luna.habeto ergo lunã
ſignificatricem oium reruꝫ:q2 ſanitas ipius: ſanitas ẽ
omnis rei:⁊ eius detrimentũ eſt detrimentuꝫ ois rei:
⁊ ipa pulſat.i.cõmittit diſpoſitioneꝫ ſuam ei ſr quẽ py
cit radios ſuos ⁊ cui iungitur de pl'tis ⁊ mutat eẽ ſuuꝫ
ad ipꝫ planetã:noiať ꝙ ipa planeta receptor diſpoſiti
onis:q2 recipit quod ſibi cõmiſſuꝫ fuerat.Ipa ergo lu
na eſt delatrix bonum planetaruꝫ ⁊ ipa pacificat eos
⁊ defert a quibuſdaꝫ eoꝝ ad alios. II.

¶ Quid mali quidue boni planete ſignificent.

Mali planete ſignificant detrimentum ⁊ maluꝫ
propter excedẽtiã vel ſuperfluitatem vis fri
goris vel caloris in eis vincentis ⁊ impediẽtis
Sed ſi fuerit planeta bonus in domo mali vel i exal
tatione eius recipit eum ⁊ refrenat maliciaꝫ ſuam ab
eo:aut ſi fuerit aſpectus maloꝝ a trino vel ſextili aſpe
ctu refrenatur etiam ab hoc:eo ꝙ ſit aſpectus amici
cie abſqꝫ vlla inimicitate.fortune vero q2 ſunt tempe
rate nature atqꝫ equalis complexionis.i.q2 ſunt tem
perate ex calore ⁊ frigore ſemper proficiunt ⁊ preſtãt
receperit an nõ:ſed receptio i eis eſt vtilior ac melior

¶ De impedimento planetaꝝ tria iudicia. III.

Duo modi ſunt ſtellaꝝ bonus.ſ.⁊ malus:quocũ
qꝫ ergo videris malos planetas:dic malum: et
quocũqꝫ videris fortunam:dic bonũ. IIII.

Et nomiatur planeta impeditus donec malus
ſup lumen ſuum proyciat radios ſm quãtitatẽ
quam dixi tibi de eoruꝫ orbibus.Cũqꝫ trãſierit
terminuꝫ maloruꝫ vocať aſpiciens maluꝫ ⁊ non pote
rit impedire:⁊ cum tranſierit malus planeta per gra
dum perfectuꝫ imittit timoreꝫ abſqꝫ ipedimento cor
poris ⁊ non põt malus planeta agere:q2 ſeparatus eſt
ab eo.Sil'r fortuna cuꝫ tranſierit planetã:⁊ fuerit ſe
parata ab eo p gradũ iutegrũ ſperat ſꝫ nõ perficiť res:
⁊ omnis ipediens cuꝫ fuerit cadẽs ab aſcendente:mit
tit timorẽ ⁊ nõ ipedit.Similiter fortune cũ fuerint ab
aſcendente cadentes ſpať:ſed non perficitur res. V.

Planeta cũ fuerit in angulis maloruꝫ.i.cuꝫ fue
rit cũ eo:aut in quarto ab eo:aut in ſeptio.vel i
decimo erit ſicut q pugnat p ſemetipo contra
tribulationẽ ⁊ malũ quod deſcendit ſuper eum.Cũqꝫ
trãſierit eum ⁊ ſeparatus fuerit ab eo per graduꝫ inte
grũ ſicut predixi tibi:iam euaſit ipedimentuꝫ illius
mali ⁊ nihil poterit malus preter timorem imittere.
Serua ergo hec capitula:q2 ſunt ex ſecretis iterroga
tionũ.

¶ De curſu lune vacuo. VI.

Luna cũ fuerit curſu vacua.i.nulli planetarum
iuncta:ſignificat inanitionẽ:⁊ annullationem.
ac reuerſionẽ ab eadẽ cauſa:⁊ impedimentum
eiuſdem cauſe.

¶ De coniunctione lune cũ planetis. VII.

Coniunctio lune ſignificat qđ futuruꝫ eſt:⁊ qđ
ſperatur ex rebus ſm quantitatẽ nature plane
te qui recipit diſpoſitionẽ lune.i.ſi fuerit fortũ
na: bonũ:⁊ ſi fuerit malus malũ.

¶ De ſeparatione lune a planetis.VIII.

Reparatio lune a planeta ſignificat ꝙ preteritũ
eſt:⁊ qđ iam receſſit ſm quantitatẽ nature illi⁹ planeta
a quo ſeparatur luna.

¶ De planeta in ſua deſcenſione. IX.

Planeta cum fuerit in deſcenſione ſua ſignifi
cat triſticiã ⁊ carcerẽ ⁊ anguſtiã.

¶ De planeta retrogrado X.

Planeta retrogradus ſignificat inobedientiaꝫ
⁊ ꝯdictionẽ ac reuerſionẽ ⁊ retractatiões ⁊ diuerſitatẽ
ſeu diſcordiã.

¶ De planeta ſtationario. XI.

Planeta in ſtatione ſua ſignificat malũ ⁊ quod
iam quieuit.

¶ De malis planetis. XII.

Mali ſignificant difficultatem:⁊ preſſurã ⁊ feſti
nationẽ in opere.

¶ De planeta tardo in curſu. XIII.

Planeta cum fuerit tardus.i.cum tarde ambu
lat poſtponit numerum ſuum ſiue promiſſum
ſuum.i.facit dilationem in numero ſiue pmiſ
ſo ſuo tã i bono qꝫ in malo.Similiter facit cũ fuerit i
domib⁹ ſaturni vľ iouis:⁊ i domib⁹ pl'taꝝ leuiũ feſtiat.

¶ De cõiunctiõe lune cũ pl'tis i minuto. XIIII.

Cuꝫ ꝯiũcta fuerit luna alicui pl'te ⁊ pfecerit ſuã
cõiunctionẽ.i.cũ fuerit cũ eo i vno minuto:aſpi
ce quod futurum ẽ de ipa interrogatione a pla
neta cũ quo iungitur luna poſt hoc.

¶ De eſſe planete in fine ſigni. XV.

Planeta cum fuerit in vltimo gradu ſigni iam
receſſit fortitudo ei⁹ ab ipſo ſigno ⁊ erit fortitu
do ei⁹ in alio ſigno:⁊ quaſi vir qui poſuit pedẽ
ſuũ ſup limẽ porte volẽs exire:ꝙ ſi dom⁹ tũc cecide
rit non ipediet eum.Si vo pl'ta fuerit i.29.gradu:erit
fortitudo planete eius in eodem ſigno:q2 ſũt vnicui
qꝫ planete tres gradus i quib⁹ expanditur virtus ei⁹:
gradus.ſ.in quo eſt:⁊ gradus qui eſt poſt euꝫ:⁊ grad⁹
qui eſt ante eum.

¶ De pl'ta qui petit ⁊ nõ cõſeqtur coniunctões.XVI

Planeta petit aliquando coniunctionem:ſꝫ nõ
cõſequitur hanc in ſigno ſuo donec imiteť ipꝫ
planeta per feſtinationem ſuam.Cũqꝫ inſecu
tus fuerit eũ in alio ſigno ⁊ non fuerit iũct⁹ alteri per
ficitur cauſa:Et ſi iunctus fuerit alteri cum mutatus
fuerit:poſtea iunctus fuerit illi:non perficietur cã:q2
iam cõmixtus eſt lumini planete alterius. XVII.

Planeta volens iungi planete in vno ſigno:ſed
non poteſt eum conſequi i eodem ſigno:donec
egrediatur ad aliud ſignum.⁊ ſi eum conſeqť
in alio ſigno:perficitur tunc cauſa niſi prius iungatur
alteri.ſed ſi iungitur alteri per aſpectuꝫ: non impedit
eum h ppter quod dixi tibi:q2 coniunctio que fit p
aſpectum:non annullat coniunctionem que fit p cor
pus in vno ſigno:⁊ huiuſmodi coniunctio ãnullat eã
que fit per aſpectũ:⁊ aſpectus non abſcindit aſpectũ:
ſed prohibet cauſam:ſed coniunctio corporalis abſci
dit aſpectum.

¶ De planeta malo bene diſpoſito. XVIII.

Malus planeta cum fuerit orientalis.i.cum ma
ne apparuerit in oriente in domo ſua:aut i ex
altatione ſua:⁊ non fuerit iunctus malo q euꝫ
impediat:melior eſt ac dignior fortuna retrograda ⁊
impedita.

¶ De malis planetis dñis cãꝝ exiſtentibus. XIX.

Mali cum fuerint domini cauſarum ⁊ iunct⁹ fu
erit eis dominus aſcendentis aut luna a q̃rto
aſpectu aut oppoſitione.i.a quarto ſigno vľ a
ſeptimo faciunt cauſam:ſed deſtruunt eam in fine.⁊
ſi mali fuerint illi qui coniunguntur bonis:meli⁹ erit

q̄ȝ vt ſint ipi recipientes diſpōnem.i.vt ipſi mali pul
ſent ⁊ iungantur eis.

¶ De malis planetis in aſcendente. XX.

Malus cum fuerit in aſcendente ī domo ſua aut
in exaltatione:refrenatur a malo:ſi autē ipe ſit
retrogradus in aſcendente:confortatur ei⁹ ma
lum ⁊ multiplicatur eius diuerſitas ac variatio.

¶ De planeta in ſigno ſimili nature ſue exi
ſtenti. XXI.

Planeta cum fuerit in ſuo habitu ac ſimilitudi
ne ex ſignis:erit ei conueniens.i.ſi fuerit ſatur
nus in domo aut in exaltatione ſua aut ī ſigno
frigido ⁊ fuerit mars ſicut predixi tibi ⁊ ī ſigno calido
erit bonum.Si vero fuerit in contrarietate ſue natu
re erit ei malum:ſicut aqua ⁊ oleum que non cōmiſcē
tur neqȝ complectunť:⁊ ſi fuerit in ſigno ſibi ſimili,cō
miſcentur ⁊ cōplectuntur ſicut aqua ⁊ lac.

¶ De fortunis aſpicientibus malos.XXII.

Fortune quando aſpiciunt malos:minuūt eoꝝ
impedimentum.

¶ De malis aſpiciētibus fortunas.XXIII.

Mali quando aſpiciūt fortunas a quarto aſpectu
vel ab oppoſitione minuunt eorū fortunā.

¶ De fortūis cadētib⁹ ab aſcēdēte. XXIIII.

Fortune cū fuerint cadentes ab aſcendēte aut
retrograde erunt impedite ſimiles malorum.

¶ De planetis cum ſunt recepti. XXV.

Planete cum fuerint recepti ⁊ fuerint fortu
ne:erit eorum bonum fortius:⁊ ſi fuerint mali
erit eorum impedimentuȝ minus.

¶ De malis in ſigno peregrino vel non pe
regrino exiſtentibus. XXVI.

Planete mali cum fuerint in ſigno peregrino ⁊
cum uon fuerint in domibus ſuis nec in exalta
tione nec in triplicitate augent malū ⁊ magni
ficatur eorum impedimentū:⁊ cū fuerint in ſignis in
quibus habēt teſtimonium refrenantur a malo:⁊ oio
nō erit ipedimentū.

¶ De malis cū fuerit dn̄i rerum ⁊ bene di
ſpoſiti. XXVII.

Mali cum fuerint in domibus ſuis ⁊ fuerint dn̄i
rerū aut in exaltatiōibus aut in triplicitatibus
aut in terminis ſuis ⁊ i angulis vel in ſequenti
bus angulorū erit fortitudo eoꝝ ſicut fortitudo fortu
naꝝ.Intellige qd̄ dixi tibi.

¶ De fortunis peregrinis vel non peregrinis
exiſtentibus. XXVIII.

Fortune cū fuerit i ſigno in quo non habent te
ſtimoniū minuitur eorum fortuna ac bonum
⁊ cū fuerint in ſigno in quo eſt illis teſtimoniū
.i.in domibus vel exaltationibus aut triplicitatibus
vel terminis ſuis:magnificatur earum fortuna ac per
ficitur res atqȝ augeť bonū.

¶ De pl'tis in loco maligno aut ſub radys
exiſtentibus. XXIX.

Cum fuerit fortune ⁊ mali in loco maligno.i.in
aliqua domoꝝ quas predixi:aut fuerit ſub ra
dys cōbuſti ſignificant res paruas ⁊ deſpicabi
les ⁊ nō poterūt pl'te ſignificare bonū vel malū ꝑpter
debilitatē que eſt in eis.Qꝛ planeta cum fuerit ſub ra
dys combuſt⁹ aut ī oppoſitione ſolis:erit debilis:qꝛ ī
hoc loco nulla vtilitas nec aliqd boni eſt bonis pl'tis:
poſt h̄ loquere ſcdm qd̄ videris de aſpectu fortunarū ⁊ in
fortunarū: ⁊ de fortitudine eorū atqꝫ debilitate. qm̄ fortūa
cū aſpexerit ſignū ſignificat eidē ſigno fortunā ⁊ bonū:
⁊ malus cū aſpexerit ex quarto aſpectu: vł oppōne aut fue
rit in eodē ſigno īmittit in illud īpedimentū ⁊ malū in h̄.ſ.
ꝙ pertinet ad ipꝫ ſignū ſꝫ ſignificatōes ſuas de his que ex
poſui tibi in hoc capitulo

¶ Signū octauū ſiue octaue domus cū ſuis interrogatio
nibus: ⁊ primo vtꝝ abſens vł aliqs vir viuat vł nō.

Cum interrogatus fueris de viro abſēte vel de alio
aliquo viro vtrū viuat an ſit mortuus. Aſpice dñ
aſcendētis ⁊ lunā ſi fuerint in q̄rto ab aſcēdēte aut
in domo mortis q̄ eſt.8.ab aſcendente aut fuerint cōbuſti.
aut in deſcēſione ſua. aut cū dño domus mortis: aut cū do
mino quarte domus erit mortuus: ⁊ ſi inueneris aliquē eo
rum ita: aſpectum aſpice malorū ⁊ fortunarū ad eos ſi fue
rit dñs aſcendētis in quarto retrogradus aut in deſcenſiōe
ſua retrogradus. aut in domo mortis retrogradus aut ſepa
tus a domino domus mortis: per retrogradationem: Aſ
pice ſi reuertatur ad gradum conbuſtionis erit mortuus:
⁊ ſi iūgitur luna planete ſub terra erit mortuus: ⁊ ſi iungi
tur planete ſuper terrā viuit: ⁊ ſi inueneris dñm aſcēden
tis in.iz. cū mał aut aſpexerint eū mali ⁊ aliquod lumina
rium fuerit īpeditū iudicabis ei mortē ſi fuerint quoqꝫ ma
li in vno ſigno cū luminarib⁹ q̄ ſunt ſol ⁊ luna abſqꝫ aſpectu
fortunarū ſignificat mortem: ⁊ ſimiliter ſi fuerit luna cum
marte in quarto ⁊ fortune nō aſpexerint eā: ſimiliter cum
fuerit pars fortune cū malis in quarto ab aſcendente: aut
in.6. vł.iz ⁊ fortune nō aſpexerit eā ſignificant mortē. Et ſci
to q2 qd̄ eſt ſuper terrā ſignificat vitā: ⁊ qd̄ ē ſub terra ſigni
ficat mortē. Cum ergo inueneris dñm aſcendentis ꝯbuſtū
ſub radijs nullaqꝫ fortuna eū aſpexerit: ⁊ luna fuerit ſb̄ ter
ra cadens ab aſcendente in.3. vel.6. ſcito ꝙ ille de quo ē q̄
ſtio ſit mortuus maxime ſi euenerit vt luna ſit in ſcorpiōe
in.3. gradu eiuſdē impedita a ſaturno q2 naturaliter ſignifi
cat mortē tūc verificabis mortē illi⁹ de quo fit īterrogatio

¶ Nonū ſignum ſiue nona domus cū ſuis interrogatiōi
bus: ⁊ primo vtrū pegrinatio ſit an non: ⁊ ſi perfici non po
teſt quid eam prohibet.

Cum interrogatus fueris de pegrinatione vtrū
ſit an nō: ⁊ ſi non poteſt pfici quid erit quod eā ī
pediat vel ꝓhibeat. Aſpice dñm aſcendentis ⁊
lunam qui ſunt ſignificatores interrogantis: ⁊ ſi
gnū nonū ⁊ eius dñm q̄ ſūt ſignificatores pere
grinationis ſi fuerit dñs aſcendentis aut luna in.9. aut iun
ctus fuerit vnus eorū dño.9. q̄renti pegrinatio a ſemetipſo
non erit horribilis: ⁊ ſi fuerit dñs noni in aſcendēte aut iun
ctus fuerit dño aſcendētis accidet ei iter qd̄ oīo nō poterit
fruſtrari. Si āt nō fuerit de eē dñi aſcñtis ⁊ de eē dñi noni
qd̄ predixi ⁊ reddiderit ſiue detulerit lumē eorum ad inui
cē aliquis planeta ſignificat peregrinationē trāſlatio.ſ. lu
minis. Qd̄ ſi h̄ non fuerit ⁊ inueneris dñm aſcendentis. ac
dñ noni iunctos planete ſe pōderoſiori. ⁊ ipe planeta aſpe
xerit domum pegrinationis ſignificat pegrinationē: ⁊ ſi nō
aſpexerit nō peregrinabit̄. item ſi fuerit dñs aſcēdentis in
angulo ⁊ iunct⁹ fuerit planete q̄ ſit ī ſiniſtra pte aſcendētis
i. inter aſcendēs ⁊ tertiū fueritqꝫ lib̄ a malis ſignificat pe
regrinationē. Si āt iunctus fuerit dñs aſcēdētis: ⁊ luna ali
cui planete in angulo nō pegrinabit̄ ⁊ ſi iūcti fuerint ſigni
ficatores inuicem.i. dñs aſcñtis: ⁊ dñs noni: ⁊ fuerit ī aſcen
dente malus pegrinus īpediens dñ aſcēdentis: aut domi
nū noni nō erit pegriatio: ⁊ h̄. accidet ex pte viri.i. ex pte in
terrogātis accidet ei aliqd qd̄ turbet ⁊ ꝓhibeat eius pegria
tionem: ⁊ ſi fuerit ipſe malus: in.7. veniet ei de eadē terra
ad quā volebat ꝓficiſci aut de re quā petebat ꝙ fruſtret
eius pegrinatōem ac ꝓhibeat ⁊ ſi fuerit malus ī medio ce
li veniet ei grauitas a rege vł ab eo q̄ ſup eū ē aut peſt ei ⁊ ſi
dñs aſcendētis iunctus fuerit dño domus itineris poſtea
iunctus fuerit malo ab oppōne. vel a ꝯiunctiōe. vel a quar
to aſpectu aut fuerit cū eo ī vno ſigno annūtia diſtrictiōē
que occurret ei poſt peregrinationem ſecundum quanti
tatē inimicitatis illius planete ſexti.i. ſi fuerit dominus
ab aſcendēte erit infirmitas. ⁊ ſi fuerit dñs q̄rti erit carcer:
aut aliq̄ triſtitia. ⁊ ſi fuerit dñs.8. erit mors. ⁊ ſi fuerit dñs
7. aut.iz. ſignificat diſtrictionē a latronibus ⁊ inimicis. ⁊ ſi
aſpexerit ab aſcēdente timet̄ ei īterfectio. Si vero aſpexe
rit a ſcdo ab aſcēdente: ſignificat detrimētū ſubē. Simil̄r
quartus aſpect⁹ ab aſcēdente ſignificat īpedimētū corpo
ris. ⁊ alter quartus aſpectus ſcd̄s .i. a decimo ſignificat de
trimentū ſubē. ⁊ ſi inueneris dñ aſcēdentis in.7. aut in.8.
ſignificat laborē in pegrinatiōe: ⁊ maxime ſi fuerit malus.
Et ſi dñs aſcendentis iā īcepit oriri de ſubradijs: aut iā fue
rit ſolut⁹ ab īpedimēto ſuo in quo fuerat erit pegrinatio le
uis: ⁊ ſi ipſum dñm aſcēdentis inueneris in aſcēdēte aut in
domo ſua altera nec iūctū dño noni iam nō pegrinabitur:
maxime ſi fuerit ſignū fixū: q2 ſignum fixū deſtruit iter. ⁊
cū īueneris lunā receptā ſignificat leuitatē. ſi vero nō fue
rit recepta ſignificat tarditatē ⁊ inuolutionē: ⁊ ꝙ in pegri
natione illa nihil adipiſcet̄ ⁊ erit odioſus ⁊ pōderoſus apd̄
eū ad quē venit. Simil̄r ſignificat dñs aſcēdentis ſi aſpe
xerit eā ex oppoſitione: ⁊ ſcito ꝙ aſcēdēs ſignificat pegrinā
tem ⁊ mediū celi res eius queſitas: vel querēdas: ⁊.7m ab
aſcendente terrā ad quā vadit. Quartū vero ab aſcēdente
ſignificat rei illius finē. ſi ergo fuerint fortune in aſcēdēte
eſſe eius animi ⁊ corporis erit vtile: ⁊ ſi fuerit fortune ī me
dio celi erunt res eius vtiles ⁊ ꝓficue. ſi vero in.7° fuerint
fortune videbit in terra ī quā venit qd̄ voluerit ⁊ deſidera
uerit. ⁊ ſi inueneris aliquē maloꝝ in aſcēdēte aut in medio
celi: aut in.6° accidet ei infirmitas ⁊ labor inanis ⁊ diminu
tio. ſi autē īueneris fortunas in q̄rto ab aſcendēte erit finis
rei illius ſm qd̄ vult ⁊ deſiderat. ſi infortunas econtra. ⁊ ſi
videris que ſit pegrinatio ⁊ volueris ſcire ad quē ꝓficiſcit̄
pegrin⁹: aſpice lunā: ſi iuncta fuerit ſoli pgit ad nobiles: vel
ad regē. ⁊ ſi iuncta fuerit ſaturno: dic ꝙ ꝓficiſcat̄ ad ignobi
les ac viles. ⁊ ſi iuncta fuerit ioui dic ꝙ pgat ad nobiles. ⁊ ſi
veneri ad mulieres. ⁊ ſi mercurio ad ſcriptores ⁊ mercato
res ac ſapiētes. ſi vero fuerit luna curſu vacua exiuit q̄rēs
notū: que ſi tūc ſeparata fuerit a ſaturno exiuit ꝓpter debi
tū q2 īfeſtabat̄ a creditorib⁹ ſuis. ⁊ ſi fuerit ſeparata a mar
te: erit fugitiuus: aut ſimił fugitiui a rege. deinde aſpice pla
netā cui iungitur luna: ſi fuerit in domo ſua: erit vir ille ad
quē pgit ex ciuibus regionis. ⁊ ſi fuerit ī triplicitate ſua nō

eſt ex ciuib⁹ illius: ſed venit ĩ ea ⁊ moraẗ in ea. Et ſi dñs domus planete cui iungiẗ luna aſpexerit eũ erit notus in regione: ⁊ ſi nõ aſpexerit eũ erit ignot⁹ in ea. ⁊ ſi fuerit aſpectus ex q̃rto: erit ex eadẽ regione: inter laudabilẽ ⁊ vituperabilem: nec ex toto laudatur: nec ex toto vituperaẗ: ⁊ ſi fuerit aſpect⁹ ex oppõe erit odioſus ⁊ ꝯtentioſus. ſi aũt ſextilis ⁊ trinus fuerit aſpect⁹ erit dilectus: ⁊ ſi fuerit ei ꝯiunctus in vno ſigno erit de his q̃ vi auferũt ſubas hoĩuz. Poſt ħ aſpice ipm malũ qui impedit dñm aſcendentis vel lunã ſi fuerit ĩ humanis ſignis q̃ ſũt gemini ⁊ ei⁹ triplicitas: ãmone eũ vt caueat a latronib⁹ ⁊ viarum abſciſſionibus. ⁊ ſi fuerit ĩ ſignis aquaticis caueat a naufragio. Et ſi fuerit in ſignis animaliũz caueat a caſu beſtiarũ aut ab earuz ꝑcuſſione. ſi vero fuerit in ſignis ſementũ caueat ab arboribus ⁊ ſpinis: ⁊ a loco altiori aut a cibo in quo fuerit venenuz. ſi vero malus fuerit in leone ꝓprie erit ĩpedimentũ ex lupo: ⁊ in ſcorpiõe ꝓpe ex reptilib3: ⁊ in piſce ꝓpe ab his q̃ moranẗ in aquis: ⁊ mars maioris impedimenti eſt in terra: ⁊ ſaturnus in mari plus impedit.

¶ Quõ de igreſſu ꝑegrinãtis ĩ ciuitatẽ aliquã qd ei erit ĩ ea.

DE ingreſſu ꝑegrinantis in ciuitatẽ. Aſpice qñ ingreditur ꝑegrinus ciuitatẽ qđ ſignũ aſcendat hora ingreſſionis eius: ſi fuerit dñs ſcđe domus ab aſcẽdẽte retrogradus ſignificat celeritatẽ reuerſionis eius abſq3 ꝑfectione ſui negocij. ſi vero fuerit in ſua ſtatõe ꝑa qñ vult dirigi reuertetur inter celeritatẽ ⁊ tarditatẽ et ꝑficiet negocium ſuũ poſt deſꝑationez. et ſi fuerit in ſtatione ſua ꝑma qñ vult retrogradari tardabit et reuerteẗ abſq3 ꝑfectione ſui negocij: et nõ inueniet bonũ et ſi fuerit dñs ſcđe in aſcendente vel in medio celi aut ĩ. i. erit ꝑegrinatio ſana et ꝑficua: et ſi fuerit in. 7. occurret ei in ꝑegrinatiõe ſua diſtrictõ atq3 contentio. ſi vero fuerit in nono vel tertio nõ q̃eſcet in ipſa terra donec ꝑficiſcaẗ ad aliã. ſi aũt fuerit ĩ. 4. et aſpexerit eum malus aut fuerit cũ eo: ħ erit vltima eius ꝑegrinatio et timetur ei mors in eadem regione: et nõ reuerteẗ aliquo modo. ſi ãt iũcta fuerit lũa dño ſcđi ĩ vno ſigno aut aſpexit eam aut iuncta fuerit mercurio in vno ſigno: vel aſpexerit eam mars inueniet plagas ⁊ fractiões ⁊ rez horribilez. ꝙ ſi tunc luna fuerit in angulo terre: moueẗ de ħ. ſi vero fuerit in angulo extra hũc remanebit veſtigiũ illius diſtrictionis ac fractionis in eo: ⁊ ſi aſpexerit luna martẽ ⁊ nulla fortuna eũ aſpexerit inueniet plagas ſm iſtã ſubſtantiã ſigni illius in quo ẽ. ꝙ ſi tunc fortune aſpexerint lunaz erit ei de diſtrictione quã dixi liberatio ⁊ ſanitas huic ĩfirmitati: ⁊ fractiõi ac plagis inuenieẗ remediũ. Si vero fortune nõ aſpexerint remanebunt in hoc donec moriatur ex eis.

¶ Queſtio de eſſe itineris p̃ncipum vel regum ⁊ eſſe eorum qui ſuccedunt vel remanent.

ET ſi interrogatus fueris de eẽ itineris p̃ncipũ vel regum: ⁊ eſſe eorũ qui ſuccedũt vel remanent. Aſpice ad ſcđz ab aſcẽdẽte ſi fuerit in eo malus qui nõ habeat teſtimoniũ erit poſt exitum eius in his qui poſt eũ remanent in ꝓpinquis. ſ. eius atq3 regno eius aliquod detrimentũ: ſi fuerit mars ꝯtẽtio ⁊ bellũ: ⁊ ꝯbuſtio ignis. ⁊ ſi fuerit ſaturnus latrones aut infirmitas: vel naufragiũ. ſi autẽ fuerit ille malus receptus nõ impediet ħ et meliorabitur: ſi vero fuerit in deſcenſione ſua perficietur: ac monſtrabitur: et eo fortius ſi fuerit retrogradus: q2 tunc ſignificabit diſſolutionẽ ac detrimentu3: ſimiliter dic de fortunis cum fuerint in ſcđõ ab aſcẽdente de ꝓfectu et bona laude: et ſcito ꝙ dñs aſcendentis vel luna cũ ĩpediti fuerint ſignificat triſtitiaz et diſtrictões3 ĩ via. ꝙ ſi fuerit malus ſup terraz inter aſcendẽs: ⁊. 10. accidet ei ħ in reuerſione ſua: ⁊ ſi fuerit ĩter. 7. ⁊. 10. ĩ diſceſſiõe ſua: ⁊ ſi fuerit in al⁹ ſb terra iter aſcẽdens ⁊ quartũ in eis q̃ acq̃ſiuit in diſceſſiõe ſua. ſi vero fuerit inter quartũ: ⁊. 7. in eis q̃ acq̃ſiuit in reuerſione ſua.

¶ Queſtio vtꝝ terra ĩ q̃ q̃s ẽ: ẽ melior: an ea ad quã ẽ itur⁹.

CUm te interrogauerit aliq̃s dicẽs terra in aqua ſu3 ẽ mihi melior: an illa ad quã volo ire: aſpice lunã ſi fuerit ſepata a malo egreſſio erit melior ei: ſi vo a fortũis ſepata fuerit manere ẽ ei vtilius. ⁊ ſi eẽ dñi aſcẽdẽtis fuerit bonũ maneẽ ẽ ei vtilius. ſi vero eſſe dñi. 7. fuerit melius: ire erit ei vtilius. Et ſi te iterrogauerit vides mihi bonũ ſi egrediar ad hoc negociũ aut faciã ħ vl' illud. Aſpice dñm aſcendentis: ⁊ luna3 ſi fuerint ſepati a mal' ⁊ iuncti fuerit fortũis p̃cipe ei vt faciat quod vult. ſi vero ſepati fuerit a fortunis ⁊ iuncti malis nõ appropinquet illi operi.

¶ Queſtio de victo quid erit de eo.

SI interrogatus fueris de aliquo victo. Aſpice in ħ ſicut aſpicis ĩ ꝑegrinatõe q2 aſpicis vtriſq3 in exitu eoꝝ a loco ſuo: ſ3 in capitulo victi cũ fuerint dñi angulorũ aut q̃dã eoru3 ĩ domibus ſuis in angulis ſignificat quorũdã retentõe3 eorũ in ipo anno. poſt ħ aſpiciẽs a dño aſcñtis ⁊ ei⁹ loco. q̃ ſi fuerit ĩ anglo ſignificat ꝓlõgõe3 carceris ⁊ eo forti⁹ ſi fuerit angulus terre: quẽ ſi aſpexerit dominus. iz. aut aliq̃s malorũ inueniet diſtrictõem cũ carcere. Si vero dñs aſcendentis fuerit cadẽs ab aſcendente: ſ3 iunct⁹ fuerit planete ĩ angulo ꝓlongabiẗ eius carcer poſt quã ſpabat euadere. ſi autẽ fuerit ĩ angulo ⁊ iũctus fuerit planete cadenti ſignificat liberationẽ eius poſt deſperationẽ. ſed ſi iũctus fuerit planete malo q̃ ſit ĩ angulo terre qđ eſt q̃rtu3 ſignũ: aut fuerit dñs. 8. in aſcẽdente qđ eſt ſignũ mortis nõ exibit a carcere donec moriaẗ. ⁊ ſi iũctus fuerit dñs aſcẽdẽtis: aut luna alicui pl'te in. 3. vl'. 9. ſignificat liberationẽ ⁊ eo leuius ſi non fuerit dñs alicui⁹ anguli ex angulis aſcẽdẽtis: ⁊ ſi vnus ex eis: ideſt dominus aſcendentis: vel luna iũctus fuerit domino tertij vel noni vel receptori in ſiniſtra aſcendentis ſignificat ei⁹ liberationez: ⁊ erit hoc de opere qđ opabiẗ per ſemetipſum: ⁊ nullus exorabit ꝓ eo. ſi vero dñs tertij aut noni iũct⁹ fuerit dño aſcẽdẽtis operabitur aliquis pro eo ⁊ liberabitur abſq3 petitione ſua. ſi vero dominus aſcendentis iunctus fuerit domino. iz. ⁊ fuerit in ſiniſtro aſcendentis ſignificat fugam illius ex carcere. ſimiliter ſi fuerit dñs tertij aut noni cum dño. iz. ſi autẽ iunctus fuerit dñs aſcendentis dño tertij vel noni: ſed receptor fuerit in angulo: ideſt ponderoſus: nõ exibit donec egrediatur receptor a ſigno ⁊ recedat ab angulis. ⁊ ſi iũctus fuerit dñs domus lũne dño aſcendentis ſignificat dilationẽ in exitu.

¶ Poſt hoc aſpice poſtq̃ ceſſaſti aſpicere cum dño aſcendentis ⁊ eius coniunctione cum ſtellis: ⁊ ĩ coniũctione ſtellarum cu3 eo locũ ſignificatoris: ideſt lune ſi fuerit ĩ ſigno mobili ſignificat celeritatẽ liberationis preter cancrũ qui eſt tardus: eo qđ ſit dom⁹ ei⁹: ⁊ aries ⁊ libra velociores ſũt in liberatione a capricorno: ⁊: non tardabit ĩ carcere: ⁊ inueniet ibidem multos auxiliatores. Capricornus vero ſignificat tarditatem ⁊ ſolitudinem ac triſticiam: ⁊ qm̃ inimici laborant vt retineatur in vinculis: ⁊ ſi fuerit ĩ ſigno fixo ſignificat tarditatẽ exitus ⁊ tardior oĩbus eſt aquarius. ſi aute3 fuerit luna ĩ ſigno cõmuni: ⁊ non fuerit liberatus antequa3 egrediatur luna de eodẽ ſigno prolõgabitur eius carcer: et eo fortius ſi fuerit domus iouis ⁊ ipſe ea3 nõ aſpexerit. In domib⁹ vo mercurij ſi fuerit ĩpoſitio in ipo carcere inueniet bonũ ⁊ gaudiũ. deinde aſpice eius coniũctione3 ſi fuerit in angulo: ⁊ iũcta fuerit planete ĩ ſiniſtro aſcẽdẽtis: ⁊ teſtificatus fuerit dñs aſcẽdẽtis: ſilr ſignificat libationez. ⁊ ſi fuerit luna cadẽs ⁊ iũcta fuerit alicui planete ĩ angulo ſignificat prolõgationẽ carceris niſi fuerit planeta dñs tertij aut noni: tũc liberabiẗ cu3 mutatus fuerit ipſe planeta. ⁊ ſi fuerit cadens: ⁊ iũcta fuerit planete cadẽti: qui ſit dñs alicui⁹ anguli erit ĩ ſpe egrediẽdi donec igrediaẗ ipſe planeta aliquẽ angulorũ aſcẽdẽtis: ⁊ tc̃ deſpabiẗ: ꝙ ſi fuerit ille cui iũgiẗ dñs anguli ⁊ fuerit ĩ ſigno tertio aut. 9. erit melius ⁊ leuius

ad'exitũ ⁊ ſi iuncta fuerit cũ dño alicuius anguloꝝ ⁊ ꝓprie
cuz dño aſcendẽtis ſignificat tarditatẽ: ⁊ ſi dñs aſcendẽtis
ingreditur ſub radijs;⁊ fuerit malus in q̃rto:raro viuit.Qꝛ
ſi fuerit ipſe malus mars:interficiet poſtq̃ exibit de carce
re .ſi aũt dñs aſcendẽtis iã tranſiuit ꝯbuſtionẽ ,infirmabit
infirmitate foꝛti:⁊ cũ fuerit aliquis maloꝛũ in aliquo angu
lo:q̃to plus videris eum a gradu ſol'longioꝛez:tãto erit le
uioꝛ eius infirmitas:⁊ eo citius liberabitur ⁊ ſi iunctus fue
rit dño.8.ab aſcendẽte:vel malo ĩ angulo terre moꝛietur in
carcere ⁊ ſi fuerit cũ ſaturno aut aſpexerit eũ ex foꝛtitudĩe.
ſignificat ꝓlongatõez carceris ⁊ triſtitiã atq̃ ĩpedimentuz
in ſubſtantia:⁊ coꝛpoꝛe:ſi vͦo fuerit cũ marte ſignificat ĩpe
dimentũ:⁊ vinctõez:⁊ ſi fuerit luna tũc ĩpedita. inenict:eũ
diſtrictio ⁊ nõ flagellabit:⁊ ſi aſpexerit luna dñz dom' ſue
erit leuius: ſi vero non aſpexerit erit durius. Poſt h' aſpice
eſſe illius interrogãtis a dño aſcendentis:⁊ eſſe illius q con
tendit cuz eo a dño.7.ſi ſe aſpexerint ex trino vel ex ſextili
aſpectu:ille qui ꝓuocat aliũ cũ leuitate petet eũ.ac patiẽtia
optans pacẽ ⁊ ſalutẽ:ſi vero aſpexerint ſe ab oppõne vel a
quarto aſpectu:petet eum cuz grauitate ac impoꝛtunitate:
⁊ erit perſeuerans multum in petitione iuſtitie ſue.

¶ Queſtio de aduentu abſentis.

Cum interrogatus fueris de aduentu abſentis. Aſ
pice dominum aſcendentis ⁊ locum eius:ſi fuerit ĩ
aſcendente aut in.10.aut conmiſerit diſpoſitionem
ſuam planete:qui ſit in eis:ſignificat eius aduẽtũ⁊ ſi fuerit
dominus aſcendentis in nono.aut in medio celi aut ꝯmiſe
rit diſpoſitionem ſuaz planete in eis ſignificat eius aduen
tum:ſi vero fuerit dominus aſcendentis in.7. ab aſcenden
te aut in angulo terre:erit in aduentu eius duricia:⁊ dilatio
⁊ ſignificat ꝙ abſens ſit in terra in qua eſt nondum exi
ens inde: ⁊ ſi fuerit dominus aſcendentis in .9.vel in.3.ab
aſcendente:⁊ iunctus fuerit planete in aſcendẽte: erit in iti
nere volẽs redire.ſimiliter ſi fuerit dñs aſcendentis in.8.
ab aſcendente.aut in ſcḋo ⁊ iunctus fuerit planete in.10.ſ'h'
eſt in medio celi:ſi aũt dñs aſcendentis fuerit cadens ⁊ nõ
fuerit iunctus alicui planete in angulo : nec aſpexerit aſcẽ
dens erit malũ qꝛ ſignificat tarditatẽ.⁊ ſi iũctus fuerit dñs
aſcendentis aut luna planete retrogrado aut fuerit domi
nus aſcendentis retrogradus:⁊ aſpexerit aſcendens:ſignifi
cat eius aduentũ:⁊ ſi fuerit dominus aſcendẽtis impedit'
ſignificat duritiam ⁊ pꝛolongationem aduentus: ſi autem
non fuerit de domino aſcendentis quod dixi : Aſpice ſigni
ficatricem que eſt luna que ſi ꝯmiſerit diſpoſitionem ſuã
domino aſcendentis in aſcendente aut pꝛope aſcendens.ſ.
per.11.gradus ſignificat celeritatem aduẽtus: ⁊ ſi fuerit do
minus aſcendentis in.7.⁊ in ſuccedenti eum:pꝛolongabit:
ſi autem ſeparata fuerit luna a domino quarti aut.7. noni
quoq̃ vel tertij et iuncta fuerit domino aſcendentis ſigni
ficat aduentuz.item ſi ſeparata fuerit a planeta qui fuerit
in ſiniſtra aſcendentis h' eſt ſub terra : et iuncta fuerit pla
nete in dextera aſcendentis : ideſt ſuper terram ſignificat
aduentum:ſi vero fuerit luna cadens ⁊ iũcta fuerit ad dex
terã aſcendentis planete in decimo ſignificat aduentũ cũ
dilatione quia luna cum in dextera aſcendentis fuerit im
pedita:ſignificat duriciam ac retentionem aduentus.

¶ Queſtio viſionis vel ſomnij.

Cognitio illi' ẽ vt ꝯſideres ſemꝑ ſignũ nonũ tũc ſi
inuenies in eo ſtellã pone eaz ſignificatricez ſuper
bonitatẽ vel malitiã viſionis:ſi aũt nõ inuenis ĩ eo
ſtellaz tunc ꝯſidera decimũ:⁊ ſi inueneris in eo ſtellã tunc
ipſa eſt ſignificatrix ſuper bonitatẽ viſionis.Qꝛ ſi non inue
nis in eo ſtellã tũc ꝯſidera aſcendens . ⁊ ſi nõ inueneris in
eo ſtellã tunc ꝯſidera.7.⁊ ſi nõ fuerit in eo ſtella tunc conſi
dera.4.ꝙ ſi nõ inueneris in eo ſtellã tũc ꝯſidera .3.ꝙ ſi nõ
inueneris in hoc loco aliq̃ ſtellaꝝ tunc viſio nõ eſt ſana ⁊ ẽ
vanitas ſomni vani:⁊ non videt ipm aut oblitus ẽ eius. ⁊
ſi inuenis in vno predictoꝝ locoꝝ aliq̃ ex ſtellis tũc ſcias
eam:ꝙ ſi eſt ſaturnus aut cauda tunc ipſe videt rem terribi
lem ex eis que timoꝛẽ inferunt.de inde aſpice cui' domus
ſit ſtella dña tũc illud qḋ facit euz timere ⁊ terret ipm ẽ d
genere domus illius pl'e.naz ſi ẽ dñs.12.domus tũc illḋ qḋ
terret ſũt inimici aut genera coꝝ:⁊ ſimiliter dicit in reliqs
domibus:⁊ ſi eſt ſignificatoꝛ ſuꝑ viſionẽ iuppiter tũc ipſe vi
dit r̃ges:⁊ ꝓpoſitos aut ſublimatos ⁊ maioꝛes ex oĩbus ⁊ q̃
ſimilant nature iouis.Si aũt eſt mars tunc ipſe videbit ve
nationẽ aut duellũ:aut ex lege cõiungi aut alterationẽ aut
pugnã aut carnẽ:aut ſanguinẽ aut arma aut inſtrumentuz
aut que ſimilia ſunt nature martis:⁊ ſi eſt venus tunc vidit
veſtimentũ ⁊ pannos ⁊ rẽ bonã dilectã aut aromaticam ⁊
delectabilez aut margaritas aut mulieres aut puellas aut
pueros ſodomiticos ⁊ cetera q̃ conueniũt nature veneris.
⁊ ſi eſt mercurius tunc ipſe vidit aromaticũ aut miſcbitas
aut quoſdã oꝛãtes:aut denarioſ aut imãgĩes aut voces:aut
q̃ſdã emẽtes ⁊ vẽdẽtes ⁊ alterantes ⁊ que ſũt ſilĩa nature
mercurij:⁊ ſi ẽ ſol tũc vidit qꝛ ipſe volabat iter celũ ⁊ terrã
aut vidit lumẽ:aut ignem:aut regem ⁊ que ſimilia ſint nãe
ſolis:⁊ ſi eſt luna tunc ipſe vidit mulierem: aut marem:aut
vetulas:aut fluuium.⁊ ſi eſt cauda tunc ipſe vidit tenebꝛo
ſitatem:⁊ puluerem:⁊ ſuſurrationem:⁊ murmurationem.
⁊ ſi eſt cap̃ : tunc ipſe vidit viriditatem ⁊ redolentiam ⁊
aurum ⁊ ſimilia : ⁊ ſi ſignum in quo eſt ſignificatoꝛ eſt fe
mininuz:⁊ ſignificat ſtella aliquid timoꝛis : tunc ipſe vidit
locum altum eleuatum:aut rupem altam ſupereminentẽ
caute:aut quaſi ipſe cadat ex alto:aut eleuationem in locũ
⁊ oppꝛeſſionez:aut ventum pꝛocelloſuz:⁊ ſi eſt ſtella que ſi
gnificat timoꝛem in ſigno terreo:tunc ipſe eſt quaſi lapida
tus aut obſeſſus:aut cadens in foueam:aut in loco tenebꝛõ
ſo ⁊ ſtricto tamẽ iuenit exitum.⁊ ſi eſt in ſigno igneo : tunc
ipſe vidit ſuſpenſionem:aut cõbuſtionem:aut flãmaz : aut
ignem:aut caliginez:aut nigredinem.⁊ ſi eſt in ſigno aquo
ſo tunc vidit ſubmerſionẽ :aut diluuiũ:aut refluxũ aut ma
re:aut periclitationem.¶ Deinde aſpice cũ qua ſtella con
iungatur dominus aſcendentis:⁊ ſignificatoꝛ viſionis:naz
ſi coniũguntur ambo:aut vnus coꝛum cũ foꝛtuna tũc non
conſeqtur ipſum ex eo ꝙ vidit nocumentuz:⁊ ſi coniũgun
tur cũ infoꝛtuna tũc conſeqtur ipſum ex ipſa viſione nocu
mentum ſm genus domus cõiuncti.nam ſi eſt domin' cẽ
ſus conſeqnitur ipſum nocumentum in cenſu ſuo.⁊ ſi ẽ do
minus ſeptimi conſequit ipſuz nocumentuz in mulierib'.
⁊ ſi eſt dominus quinti tũc in filijs : ⁊ ſimiliter fit in reliqs
domibus.⁊ ſimiliter ſi viſio eſt conueniens tũc aſpice gen'
domus coniuncti cum ſignificatoꝛ:⁊ ſimile illius ex domi
bus : ⁊ iudica iuuamentum ex genere dom' eius.

¶ Decimum ſignum ſiue decima domus cum ſuis interro
gationibus.Et pꝛimo de regno ĩ quo quis habet fiduciã ſi
adipiſcetur illud vel non.

Si interrogat' fueris de regno in quo hꝫ qs fidu
ciã. vtrũ adipiſcatur illḋ an nõ. Aſpice dominũ
aſcendẽtis ⁊ lunã:ſi iũctus fuerit dñs aſcenden
tis:vel luna dño.10. ⁊ receptoꝛ aſpexerit mediũ
celi ſignificat adeptionẽ cũ pꝛofectu ⁊ ſtudio:et
cum petitione interrogantis atq̃ inquiſitione eius.Simi
liter ſi fuerit dñs aſcẽdẽtis:aut luna in.10.nõ impedita.Si
vero dñs medij celi fuerit in aſcendente vel iũctus fuerit
dño aſcendentis adipiſcetur regnum abſq̃ petitione ⁊ im
poꝛtunitate.ſimiliter erit ſi dominus medij celi iunct' fue
rit foꝛtune in aſcendente. Qꝛ ſi nihil fuerit de hoc quod di
xi:⁊ videris planetã reddẽtẽ lumen eoꝛũ.i.transferentem
ab vno in alium lumen : tunc interrogatoꝛ non petit rem

per ſemetipſum. ſed petit aliquem qui pro eo operetur in hoc: ſi autem aſpexerit receptor diſpoſitionis: ad medium celum ⁊ fuerit liber a malis adipiſcetur. Si vero fuerit impeditus ⁊ nõ aſpexerit mediũ celi ſoluetur hoc opus poſt directionem. ¶ Et ſcito ꝙ mali cũ impedierint a quarto vel ab oppoſitiõe reuertetur dñs interrogatõis a ſocio ſuo reuerſione feda deſtruunt iterrogationẽ: a trino aũt vel a ſextili aſpectu reuertetur minus ĩpediunt: ⁊ ſi cõiũxerint lumen dñi aſcẽdentis: ⁊ lumen dñi medij celi planeta aliqs. i. ſi iuncti fuerint ambo cũ eo ⁊ fuerit ipſe planeta ĩ aſcendẽte: vel in medio celi aſpice tunc lunã: que ſi iuncta fuerit reuerſiõe bona vel pulchra ⁊ dño aſcendentis: aut dño decimi erit adeptio: ſi vero nulli eoꝝ iuncta fuerit ⁊ fuerit libera a malis adipiſcetur ⁊ habebit auxilio multoꝝ boiũ. Si aũt non fuerit luna ſicut pdixi: ⁊ fuerit planeta q cõiunxerit lumen in medio celi: aut aſpexerit eũ: ⁊ non fuerit cadẽs: nec exierit ab eodẽ ſigno donec iungatur ei dñs aſcendẽtis ⁊ dñs. 10. ⁊ fuerit liber a malis adipiſcetur oĩo.

¶ Queſtio de qualibet re ſi adipiſcetur vel non.

Cum videris dñm aſcendẽtis ⁊ dñm decimi cõiunctos: aſpice lunã ſi cõmiſerit diſpõnẽ ſuã ac fortitudinẽ vni eoꝝ: fueritqꝫ recepta: ac libera a malis: annũtia ex toto ⁊ ſpera effectũ: ſi vero nulli eoꝝ cõmiſerit diſpõnẽ ſuam ſꝫ fuerit recepta erit tardius. ſi autẽ non fuerit recepta nec fuerit ĩpedita aſpice receptorẽ diſpoſitionis ex eis: ſi fuerit liber a malis aſpiciẽs domũ ſuã adipiſcetur partẽ eoꝝ q̃ petierit. ⁊ ſi fuerit ĩpeditus ſcdm ꝙ dixi de ĩpedimento lune nõ adipiſcetur: ⁊ ſi iunctus fuerit dñs decimi dño quarti ⁊ dñs quarti dño aſcẽdentis adipiſcetur: ſi vero dñs aſcẽdẽtis iunctus fuerit dño quarti: ⁊ dñs q̃rti iunctus fuerit dño medij celi: adipiſcetur poſt deſperationẽ: ⁊ cũ receperit dñs aſcendentis diſpoſitõem lune: leuior erit petitio regni: ⁊ ſcito: ꝙ cum dñs aſcẽdentis fuerit ĩ domo ſua: cõſtituetur ſup terram in qua ẽ: ⁊ ſi fuerit ĩ exaltatiõe ſua conſtituetur ſuper terras multas: ⁊ opus pcipue dignitatis. ſi vero in triplicitate ſua fuerit ſignificat opus magnũ: ſed non erit ĩ terra ſua ĩ qua eſt: ſi autem nõ habuerit teſtimoniũ ĩ loco ſuo: erit ignotus ĩ terra cui preerit. ¶ Et ſcito ꝙ fortaſſis dñs aſcendentis ⁊ decimi erit vnus planeta: ac ſi eſſet aſcendens virgo ⁊ decima gemini. Qḋ ſi ita fuerit ⁊ fuerit ipſe planeta receptus ⁊ luna cõmiſerit ei diſpoſitionẽ ſuã: ac fortitudinẽ ab anglo adipiſcetur: ſi vero fuerit planeta receptus: et luna ſilr fuerit recepta et ĩ bono loco: et aſpexerit locũ rei: vel domos ſuas adipiſcetur partẽ eoꝝ q̃ petierit: ſi aũt nõ fuerit receptus et luna ẽt fuerit ĩpedita: nõ adipiſcetur qḋ petierit et fortaſſis nõ cõueniet vt dñs aſcẽdẽtis aſpiciat dñm decimi: vt ſi eſſet leo aſcẽdẽs et anguli recti: tũc aſpice locũ ſolis: et veneris vnũquẽqꝫ pſe: q ſi fuerint recepti et aſpexerit mediũ celi: ſignificat pfectũ eoꝝ: ſi vero fuerit vnus eoꝝ receptus: et alter nõ: aſpice lunã ſi cõmiſerit diſpoſitionẽ ſuã: ac fortitudinẽ illi q nõ eſt receptus adipiſcetur: ſi aũt nõ fuerint recepti et luna fuerit ĩpedita: et non recepta nec aſpexerit aliquẽ eoꝝ: et ipſe q recipit diſpoſitionẽ aſpexerit mediũ celi: et nõ fuerit impeditus adipiſcetur partem eorũ que petierit. ⁊ ſi coniunxerit lumen eorũ planeta in angulo nec egrediẽs fuerit de loco ſuo donec iungatur ei ſignificat profectũ ⁊ adeptionẽ eorũ que petierit. Poſt hoc aſpice lunam ſi fuerit recepta ⁊ aſpexerit medium celi. iam perfecta eſt fortitudo eius atqꝫ fortuna. Et ſi luna iũcta fuerit lumini dñi medij celi aut tranſiret per eum iunctaqꝫ fuerit corpori eius atqꝫ aſpexerit medium celi adipiſcetur: ⁊ ſi receperit eam dñs domus in qua eſt luna aſpexerintqꝫ ambo. 10. adipiſcetur: ⁊ ſi nõ occurrerit luna lumini alicuius planete: in ſigno ĩ quo fuerit anteqꝫ egrediatur de eo petens ipſam rem non adipiſcetur rem ſuã niſi dñs aſcendentis ⁊ dñs rei habeat fortitudinẽ ⁊ teſtimoniũ in locis: ⁊ aſpexerint ambo locum rei. ⁊ ſcito quod vitiũ lune ⁊ domini medij celi ſignificat diminutionem rei in opere: ⁊ eo deterius ſi fuerit receptor diſpoſitionis lune impeditus: quia ſignificat detrimentum operis: ⁊ ſi iuncta fuerit luna domino aſcendentis aut domino medij celi auxiliabitur ad profectum. Si autẽ pulſauerit dominus medij celi fortitudinem atqꝫ diſpoſitionem planete qui eos recipiat: ⁊ qui habeat fortitudinẽ in loco ſuo: ⁊ rei: ⁊ non aſpexerit medium celi: non perficietur res eodẽ modo quo petitur. Et cũ ſignificator inimicatur domui ſue: ſignificat duritiam ⁊ inuolutionem in petitione rei: ⁊ inimicitia eius eſt, vt ſit in duodecimo domus ſue: aut in ſecundo: aut in ſexto: aut in octauo. Et ſi aſpexerit eum a ſeptimo: ſignificat contrarietatem. Et ſcito ꝙ dominus aſcendentis eſt ſignificator eorũ que occurrunt domino regni ex laude vel vituperatione: ac cetera que de eo ſunt. Et dominus. 7. eſt ſignificator operis ciuium eius: ⁊ medium celi ac dñs eius ſunt ſignificatores eorum que fiunt in regno eius ex bono vel malo. Et vndecimum ac dñs eius ſunt ſignificatores eorum qui ſuccedunt eum in opere ſuo. i. in regno: ⁊ nonũ ac dñs eius ſunt ſignificatores eorũ que fuerunt ante eũ. Et quartum ac dñs eius ſunt ſignificatores eius operis finis. Quere ergo ſignificatõẽ acqſitionis eius atqꝫ ſbe eius a ſigno ſcdo ac dño eius: ⁊ a parte fortũe ac bonitate loci eius: ⁊ ſcriptores a ſigno ſcdo ⁊ eius dño: ⁊ ab. 11. ⁊ dño illius reditus: illius atqꝫ amicos: ⁊ fratres eius a ſigno tertio ⁊ dño eius: ⁊ ſuos eius a. 6. ⁊ dño eius: inimicos vero illius a. 12. ⁊ dño illius. aſpice q aſpectu fortunarũ ⁊ malorũ planetarũ ad hec loca vbicũqꝫ fuerit fortũa: ibi erit bonũ gaudiũ atqꝫ lucrũ: ⁊ quocũqꝫ inuenerit malũ ibi erit impedimentũ ⁊ timor ⁊ ablatio manuũ ob obedientia ⁊ bellũ.

¶ Qḋ in quo expendet ſuſtantiã quã collegit rex.

Et ſi iterrogatus fueris ĩ quo expẽdet ſubaz quã collegit. aſpice dñm domus ſube ſi fuerit mars expẽdet eã ac diſpget in oĩ ope malo: vt guerra ⁊ luxuria ⁊ ebrietate: ⁊ cetera talia. ⁊ ſi fuerit ſaturnus agitabit animũ ſuum ⁊ dñorabit ſubaz ſuã ⁊ alienã. ſi vero iuppiter fuerit expẽdet eã p amore dei ĩ elemoſynis vel ĩ oĩ ope bono. Et ſi fuerit ſol dãnabit eã cã parẽtũ: ⁊ ĩ acqſitiõe nobilitatis. ⁊ ſi fuerit venus faciet aĩm ſuũ vti oĩ delectatione. ⁊ ſi fuerit mercurius ĩ emptiõe vel vẽditiõe q̃rẽdo lucrũ. ſi aũt luna fuerit operabitur ſm nãm planete cui iũgitur. et ſi fuerit vacua curſu expendet eam donec cõſumetur. Et dñs quoqꝫ aſcendẽtis ſignificat eſſe finis ſui: qr eſt q̃rtus a. 10o ⁊ eius depõne. Si inueneris. ſ. dñm aſcendentis: aut in. 12. vel. 6. vel. 18. ſignificat turpitudinẽ depoſitionis eius: ⁊ eo turpius ſi fuerit in. 6. aut ĩ. 12. tũc ſignificat qr iraſcetur ſibi ⁊ ſuſpicabitur ⁊ exrecitabitur vt inſurgat in eũ ille qui poſt eũ conſtituetur. Si autẽ fuerit dñs aſcendentis receptus auferetur malũ. i. non patietur aliqḋ martiriũ nec vincietur. Si vero nõ fuerit receptus ⁊ fuerit ĩpeditus cũ hoc qḋ dixi: erit qḋ occurret ei poſt depoſitionẽ ſuã deterius ſua depõne: ⁊ ſi iunctus fuerit dñs. 12. dño aſcẽdentis: ⁊ ipſe nõ recepit eũ: pfatus ppoſitus vicietur: ⁊ eo fortius ſi fuerit in aliquo anguloꝝ: ꝙ ſi fuerit ĩ. 10. vicietur ĩ regno ſuo in ocłis oĩum: ⁊ ponetur corã eis. ⁊ ſi fuerit in aſcendente erit ĩfra hoc qḋ dixi. Si vero in. 4. fuerit erit hoc ĩ occulto: ſꝫ in honore ſuo tñ. Si aũt fuerit in. 7. cõmittetur ciuibus ipius honoris: ⁊ ĩueniet ex illis diſtrictiõẽ. ſꝫ ſi fuerit cadẽs ab ãgulis ĩ dextera aſcẽdẽtis ⁊ fuerit cõmixtus. 12. nõ vicietur in honore ſuo donec pducatur ad terrã in qua retinẽdus ẽ. ſi vero fuerit in ſiniſtro aſcendentis vincietur in itinere. ⁊ ſi iunctus fuerit domino. 8. poſt ſeparationem eius a domino. 12. ſignificat mortem eius in vinctione ſua. ſi vero iunctus fuerit poſt dñm. 12. dño medij celi ĩueniet regnũ poſt victiõe. ¶ Et ſcito ꝙ mars ſignificat ẽt victionẽ queadmodũ ſignificat dñs. 7. ſi inimicatur dño aſcẽdẽtis: hoc ẽ ſi fuerit dñs ſi aut. 8. aut. 6. vel. 7. ſeu. 4. ⁊ dñs. 8. ẽ calidior: qr ſignificat mortẽ in victione.

¶ Et aſpice maluz q impedierit dñm aſcendentis: ſi fuerit
ſaturnus ꝙ dixi de diſtrictione: ⁊ martirio erit ex carcere
⁊ ꝑcuſſione lignoꝝ. ⁊ ſi fuerit impediēs mars: erit ex vicu
lis ⁊ penis ferri ⁊ ꝑcuſſione flagellorum.

¶ Queſtio de eſſe regis ab eo qui eum conſtituerit.

ET ſi volueris ſcire eſſe illius ab eo q conſtituit eū.
Aſpice interroganti ab aſcendēte ⁊ dño eius: ⁊ ei q
cōſtituit eum a ſeptimo ac dño eius: ſi dñs. 7. rece
perit dñm aſcēdentis aut pulſauerit fortitudinē ſuā: ad eū
ex trino: aut ſextili aſpectu: aut q̄rto erit res eorū optime
ꝯiuncta. Et ſi luna portauerit lumē inter eos: erit eis q affe
ctet inter eos. i. q mittat ꝯcordiā inter eos: cū cōmiſerit lu
na receptori diſpoſitionē ex loco dilectionis. Et mali ſunt
omnimō callidi: ex quarto aſpectu vel oppoſitione: ⁊ fortu
ne operant̄ ex q̄rto aſpectu ⁊ oppōne: ꝙ ſi duo ſignificato/
res non fuerit iuncti ad iuicē: ⁊ nulla ſtella portauerit iter
eos lumen: nō erit qđ inter eos eſt ſicut volunt.

¶ Queſtio de qua terra eſt dominus regni.

SI aūt volueris ſcire de q̄ terra eſt dñs illius regni.
Aſpice ſignū medij celi ſi fuerit ibi planeta ⁊ ipſe i
domo ſua erit ex hoībus illius terre ⁊ ex mediocri
bus: ⁊ ſi i exaltatione ſua erit ex nobiliorib⁹ hoīum. Si vō
fuerit i triplicitate ſua erit infra h. ⁊ ſi non fuerit in domo
ſua vel exaltatione: vel triplicitate ſua: erit peregrinus. ⁊ ſi
fuerit planeta oriētalis: erit ex ciuib⁹ oriētis. ⁊ ſi fuerit oriē
talis: erit ex ciuibus occidētis. ⁊ ſi fuerit i quarto a ſole erit
ex ciuib⁹ ſeptentriōis: ſi vero fuerit in. 10. a ſole: erit ex ciui
bus meridiei: ſi aūt fuerit planeta peregrin⁹ i ſigno in quo
eſt: ⁊ non aſpexerit domū ſuam neq; exaltationez ſuā non
erit generoſus. ⁊ ſi non fuerit in ſigno medij celi planeta:
narra de dño medij celi: ſicut predixi tibi.

¶ Queſtio de ingreſſu eius in ſede.

ET aſpice horā igreſſionis eius i ſedē ſui regni: dum
ſederit i ſede iperij ſui: ⁊ ceperit iperare: ac ꝓhibe/
re: ſi fuerit introitus ei⁹ i die: ⁊ fuerit ſol cū ſaturno
iudica ei celeritatē depōnis ab eodē ope. ſ. regno. ⁊ ſi aſpe/
xerint fortune ſolē ⁊ inueneris dñm aſcendentis: ac ſolez
in loco optimo ab aſcēdente: fueritq; i ſigno fixo: ꝑ̄ncipat⁹
eius prolongabit̄ ⁊ videbit qđ voluerit ī eo: ſi vō mali aſpe
xerint ſolē: ⁊ fuerit ipſe malus mars: ⁊ fuerit exaltatus ſup
eum a medio celi: ⁊ fuerit ſol i aſcendēte i ſigno mobili: ad
uerſabit̄ aliqs ex ciuibus illius regni q exterrebit eū mul
totiens: aut finis eius erit per mortē et iterfectionē: ſi aūt
inueneris iouez i medio celi et fuerit fortunatus: et fuerit
ſol i loco optimo: et forti: erit opus ei⁹ in exaltatōne et aug
mento: ⁊ in memoria ⁊ collectiōe ſb̄arum: ⁊ ſi videris ſolez
in. 8. vel in. 6. ⁊ dominus aſcendentis fuerit in aſcendente:
aut in medio celi: ⁊ ipſe fuerit fortuna: erit res illius princi/
pis optima: ſed ſignificat mortem eius qui conſtituit eum.
⁊ ſi regni eius introitus fuerit i nocte: aſpice lunam ſicut ꝑ/
dixi tibi de ſole: ⁊ aſpice ſaluationē lune a malis: que ſi mū
da fuerit a malis ⁊ in bono loco: ſignificat ſalutem eius cor
poris: ſi vero luna fuerit cum malis: aut iuncta eis: depone
tur ab honore ſuo citius: ⁊ habebit querelam maximam ⁊
fortem. Et ſi fuerit luna cum capite vel cauda: ⁊ fuerint in
ter eos. 4. gradus ⁊ infra non proficiet in eodez opere: ſi āt
fuerit inter eos pl'. 4. gradibus: erit minus eius impedimē
tum: donec tranſeat. 12. gradus ab hora liberationis eius a
malis eorum. Aſpice quoq; lunam ⁊ aſcendens ⁊ dominos
eorum domorum et aſpectus fortunarum ac malorum: ad
eas: ſi aſpexerint eos fortune: et dños eorum: fuerintq; do
mini eorum in bonis locis: et fuerint mali cadentes et for
tune in medio celi: videbit ipſe princeps quod diligit. et ſi
fuerit luna et dominus domus eius i malis locis inueniet
malum i regione illa: poſt h aſpice aſcendens hora itroit⁹
eius ſi fuerit grad⁹ eius ex terminis maloꝝ ⁊ mali aſpexe/
rit eūdem terminū aſcendētis erit i opere illo debilis: ⁊ di
cetur in eo crimen peſſimū. ſi vero fuerit gradus aſcenden
tis ex terminis bonorū: ⁊ aſpexerint eos fortune ꝑficietur
opus illđ ⁊ egredief̄ honoratus: ⁊ dicetur de eo omne bonū
vna cū lucro qđ inueniet ex ope ſuo. ⁊ ſi fuerit malus i aſcē
dente erit opus ei⁹ malum: iueniet. n. i eo diſtrictionem ⁊
morief̄ fortaſſis in ope ſuo: ſi aūt fuerit i aſcēdēte fortuna:
⁊ malus in q̄rto erit initiū illi⁹ opis laudabile ⁊ bonū: finis
vero malus: ⁊ ſi fuerit malus i aſcendēte ⁊ fortuna in q̄rto
erit initium illius rei malum: ⁊ erit finis eius bonus. Et ſi i
ueneris caudā i aſcendēte fueritq; dñs aſcendētis in loco
malo: ⁊ fuerit malus in aliq̊ anguloꝝ: luna quoq; fuerit im
pedita a mal' erūt ei miniſtri viles ex ignobilib⁹ q deſtruūt
eius imperiū ⁊ ñ ceſſabit triſtis eſſe ac tribulat⁹ ⁊ i timore
quam diu durauerit in ipō opere. Qꝫ ſi inueneris hora in/
troitus i aſcendente fortunā: aut iueneris dominū aſcen
dentis i medio celi dñs quoq; medij celi fuerit i loco forti
liber a malis: ſignificat bonitatē eſſe eiuſdē ꝑ̄ncipis: ⁊ ꝓlō
gationē illius ꝑ̄ncipatus: ſi vero fuerit in aſcendēte mal⁹. ⁊
dñs aſcēdentis malus ac dñs medij celi fuerit i loco malo
iudica eū citius fore deponenduz. ⁊ ſi iueneris dñm aſcen
dentis ⁊ dñm medij celi in. 12. aut in. 6. iudica eius caſum
fore feſtinanter: niſi iuppiter orientalis fuerit in aſcendēte
aut in medio celi: q: hoc tardare facit eius depōnē aliquā/
tulum. Poſt hoc aſpice ſignū medij celi ⁊ dñz eius vbi ſit
⁊ quis aſpicit eū ⁊ dñm medij celi: qui ſi fuerit in angulo et
fortune aſpexerint eum: ſignificat bonitatez ſui eē: ⁊ ſi fue/
rit fortuna in medio celi perueniet in opere illo ad melio/
ra ac digniora ſue fiducie: ac voluntatis: ⁊ dignus habebit̄
honore illo: ⁊ valens erit eius imperium ⁊ ei⁹ lucruz multi
plicabitur. ſi vero mali fuerint ibidem inueniet diſtrictio/
nem magnam in eodem opere ⁊ quicquid lucratus fuerit
auferef̄ ab eo martirio ⁊ ꝯuictione ⁊ depoſitione in ira re/
gis ſui quam habebit erga eum. ⁊ ſi aſpexerit fortuna me/
dium celum: ⁊ non fuerit ibidem malus: erit opus illud ge
tuz ⁊ bonum. ſed ſi aſpexerit malus deſtruet ei ipſuz opus.
Si aūt aſpexerit fortuna ⁊ malus vide quis eorū ſit plus
gradibus ⁊ ipſe vincit alterum: ſed alter accipiet partez ab
eo. ⁊ ſi fuerit mercurius cum ioue in medio celi habunda/
bit eius opus per ſapientiam ⁊ conſilium ⁊ rationem atq;
ingenium: ⁊ erit ei per hoc nomen ⁊ fama: ⁊ augebit operi
ſuo cui ꝑ̄eſt opus ⁊ dilatationem in regionibus: ⁊ maxime
ſi aſpexerit lunaz. ſed ſi fuerit ſol in medio celi cū eis abſq;
aſpectu malorum: ſignificat prolongationem ſonitus eius
nominis ⁊ adeptionem operis eius in omni qui voluerit ⁊
longitudinem vite eius in eodez tēpore. ſimiliter erit cum
fuerit iuppiter cum luna in medio celi: ⁊ fuerit venus in lo
co optimo: ⁊ quotiēſcūq; iueneris fortunaz i medio celi mi
nuef̄ ei⁹ diſtrictio ⁊ iueniet bonū. ſi vero fuerit mali ibidē:
⁊ dominus medij celi: ac dominus aſcendentis fuerint ca
dentes durabit modicum in opere ſuo. ⁊ quotiēſcunq; iue
neris mortem i. 7° ab aſcendente: ⁊ non fuerit in aſcenden
te fortuna: morietur in eodem opere. Qđ ſi fuerit ibidem
ſaturnus: ⁊ in aſcendente: aut in. 7° fortuna non morietur
neq; interficietur in eodem opere. ſi vero fuerit fortuna in
7° deponetur pulchre cuz honore ac ſalute. ⁊ ſi fuerit in q̄r
to fortuna erit ſanus in corpore ⁊ erit finis eius ſꝫ ꝙ volu
erit. ſi vero fuerit ibidē malus inueniet maluz ⁊ ipedimen
tuz poſtq; depoſitus fuerit ab opere ſuo cuz carcere ⁊ mar
tirio ⁊ diſtrictione ⁊ in ꝓlixo carcere. Si autē fortuna aſpe
xerit quartū euadet poſt tribulationem ⁊ diſtrictionē quā
inueniet. ſi vero fortuna non aſpexerit ipſuz malū qui fuit
in quarto vincietur ⁊ ſuſtinebit penas: ⁊ morietur in ipſo
carcere. ſed ſi fuerit dominus quarti in aſcendēte aut i. 10.
aut in ceteris locis optimis mundus a malis: ⁊ dñs domus
lune ſimiliter ſignificat bonum finem eiuſdem operis.

¶ Queſtio de ſtabilitate regis aut de receſſione eius.

ET ſi īterrogatus fueris de ſtabilitate regis: aut de receſſione eius aſpice dñm aſcendentis ⁊ dñm.10. ſi coīuncti fuerint: ⁊ fuerit receptor diſpōnis.i.ponderoſior eoꝝ in angulo nō mouebiť ipſe rex: nec exibit de regno ſuo. ⁊ ſi fuerit receptor diſpōnis in ſiniſtro aſcēdentis.i.ſub terra exibit ab eo: ſʒ reuerteť: ꝙ ſi receptor diſpōnis fuerit receptus ſignificat celeritatē eiꝰ reuerſionis cuʒ honore: ſi aūt dñs aſcendētis ⁊ dñs decimi iaʒ trāſierint lumē eoꝝ ab inicē.i.ſi ſepati fuerit a ſe iuicē ſignificat diſceſſionez regis. ꝙ ſi lūa pulſauerit diſpōnē ſuā planete tardioris curſus ī angulo remanebit in regno ſuo: donec cōburať ipſe planeta aut ipediať in loco ſuo: vel recedat: tūc ſignificabit ablationē ſui regni: ⁊ ſi iunctus fuerit dñs aſcēdentis dño deſcēſionis ſue opabiť opus in quo pibit. Si vero dñs deſcenſionis ſue dño aſcendentis iunctꝰ fuerit diceť de eo mendaciū ⁊ ꝙ h fecit quouſqꝫ viuat. Et ſi iūctꝰ fuerit dñs medij celi dño deſcēſionis ſue ipſe ppoſitꝰ vel dux deſtruet regionē ſuaʒ: ſi vero dñs domus deſcenſionis dñi medij celi: iunctꝰ fuerit dño medij celi deſtrueť regio eiꝰ. Et ſi dñs aſcendentis pulſauerit diſpōneʒ ſuam planete ī anglo: dñs illiꝰ regni durabit in regno ſuo: ⁊ eo meliꝰ ſi fuerit receptor diſpōnis in aliquo anguloꝝ pter quartū qꝛ eſt oppoſita decime ⁊ ei ꝯria. ſi vero dñs aſcēdētis iūctus fuerit alicui planete ī nono ab aſcendēte: vel in tertio: vel cū dñis eoꝝ: non erit dubitatio in exitu eius a regno ſuo: ꝙ ſi poſtea iunctꝰ fuerit alicui planete ī angulo reuerteť ad ſuū regnum poſt diſceſſionē. ⁊ ſi fuerit dñs medij celi ī loco ſuo rex ipſe non recedet a regno ſuo: ſi iuncta fuerit ei lūna. ſi fuerit quoqꝫ iuppiter ī angulo: ⁊ habuerit ī eo partē: vel receperit lunaʒ aut dñm aſcendētis remanebit ī regno ſuo donec occurret malo Juppiter vel cōburatur aut recedat a loco ſuo. ¶ Et ſcito ꝙ dñs aſcendentis: ⁊ dñs medij celi cū iuncti fuerint ⁊ fuerit receptor diſpōnis ī bono loco non cōbuſtus nec receptus: ſed nō aſpexerit mediuʒ celū ipſe princeps ꝯſtituetur ſup regnū nō ſuuʒ ſed alienū: ſi vero aſpexerit mediuʒ celū ſignificat ſtabilitatē eiꝰ ī regno ſuo: ⁊ ſi fuerit dñs aſcēdentis: ⁊ luna ī angulis ī ſignis mobilibꝰ: ⁊ luna non fuerit recepta diſcedet rex. ¶ Poſt hec aſpice lunā ſi pulſauerit diſpoſitionem ſuā alicui planete in angulo dñs regni non diſcedet a regno ſuo ſi aſpexerit dominus medij celi locū ſuum: ſi vero iuncta fuerit luna domino aſcendentis ⁊ ipſe fuerit remotus ab angulis occuretqꝫ dño aſcendentis malum antequaʒ ſeparetur ab eo luna deponetur a regno ſuo. Jtem ſi iuncta fuerit luna planete peregrino in nono: vel tertio: aut dñs eorum in loco peregrinationis exibit de regno ſuo: ſi autem fuerit in quarto ſigno mobili remouebitur ipſe rex: ⁊ eo callidius ſi iungatur luna dño finis rei .i. dño quarti ab aſcendente: niſi ſit eiꝰ dñs in domo ſua: qꝛ tunc erit illud ei melius: ⁊ eo magis erit luna calida ſi iuncta fuerit planete ī deſcēſione ſua: vel fuerit in oppōne domus ſue: ſi vero fuerit luna fortis ī loco ſuo: fueritqꝫ curſu vacua ſignificat abſciſionem illius regni.

¶ Queſtio de eo qui receſſit a regno ſuo vel rege abſente vtrum reuertatur.

ET ſi interrogatus fueris de viro q receſſit a regno ſuo: vel de rege abſente vtrū reuertatur ad regnū ſuum an non: Aſpice in hoc ſicut predixi tibi in primo capitulo in coniūctione domini aſcendentis ⁊ domini medij celi ad inuicem: qui ſi iuncti fuerint ⁊ receptor diſpoſitionis ex eis aſpexerit medium celuʒ reuertetur ipſe rex ad regnum ſuum: ſi vero non aſpexerit medium celuʒ ⁊ luna iuncta fuerit planete in medio celi reuertetur. ⁊ ēt ſi fuerit dominus aſcendētis retrogradus reuertetur iteꝝ ad regnum ſuum. ⁊ ſi fuerit luna cum h ꝙ dixi tibi in ſigno mobili erit velocius eis. Si vero non fuerit dominus aſcēdētis retrogradus: ⁊ luna iuncta fuerit planete in aſcendēte vel in medio celi reuertetur. Similiter ſi luna iuncta fuerit domino aſcendentis: ⁊ ſi iunctus fuerit domino domus peregrinationis.i.noni ab aſcēdente dominus aſcēdentis petet receſſionem a ſemetipſo ⁊ ſi iunctus fuerit dominus medij celi: domino deſcenſionis ſue: ſignificat remotioneʒ regis: etiam ſi fuerit in angulis: ⁊ ſi iūctus fuerit dominus aſcendentis domino deſcenſionis ſue ſignificat etiā remotionem: ſi autem fuerit dominus medij celi in loco ſuo: reuertetur remotus ad regnum ſuum. Et ſi ſeparatus fuerit dominus medij celi a lumine dñi domꝰ finis rex.i.q̄rti ab aſcendēte reuerteť: ſi āt iunctꝰ ei fuerit remouebiť: ⁊ ſi ideʒ dñs q̄rti iūctꝰ fuerit dño medij celi pſeuerabit ī regno ſuo ⁊ dabiť ei aliud regnuʒ. Si vero dominus quarti iunctus fuerit domino aſcendentis nō remouebitur: ⁊ veniet ei regnum abſqꝫ petitione. Et ſi ſeparatus fuerit dominꝰ aſcendentis a domino quarti ſignificat firmitateʒ regni ſi fuerit rex remotus. Similiter ſi iunctus fuerit ei dominus quarti ⁊ ſi iuncti fuerint dominus aſcendentis: ⁊ dñs medij celi ⁊ nō aſpexerit dñs medij celi locum ſuū ꝯſtitueť ſup aliam terram cui preeſt. ¶ Poſt h aſpice ſignificatricem.i.lunā q̄ ſi iuncta fuerit dño medij celi ⁊ dñs medij celi aſpexerit locū ſuū reuerteť: ⁊ eo meliꝰ ſi fuerit lūa ī ſigno mobili. ⁊ ſi pulſauerit diſpoſitionem ſuā planete peregrino in loco ſuo in ſiniſtro aſcendentis remouebiť. ſi aūt fuerit ſignificator receptus redibit ad ſuum regnum. ⁊ ſi nō fuerit receptus remouebiť. ⁊ ſi iuncta fuerit luna planete in nono ab aſcendente pnuncia receſſionē ipſius regis. ſi autem fuerit ipſe planeta fortuna fueritqꝫ in ſigno mobili vł fixo redibit ad regnū ſuū: ſi vero fuerit in ſigno cōmuni ibit ad regnū ſuuʒ extra regnū primuʒ. ⁊ preerit tribꝰ annis: eo ꝙ receptor diſpoſitionis lune nō cadat donec veniat ad locū.10.ab aſcēdente: ⁊ erit āno ſcđo in meliori opere: ⁊ in nimia volūtatis ſue expletōe niſi priꝰ occurrat medio celi malꝰ: ⁊ ī eo retrogradetur ante predictā horā. Qꝛ ſi eidē loco occurrerit malus deſtruet eius regnū. Et ſi iuncta fuerit luna fortunis vł fuerit recepta erit laudabilis in regno ſuo. ſi vero malis iūcta fuerit vituperabitur. ⁊ ſi iūcta fuerit planete in.10°.non recedet ⁊ operabiť duobus annis. ⁊ ſi iuncta fuerit planete in.11°. preerit anno vno. Si tamē nō occurrerit malus in medio celi ⁊ ibi fuerit retrogradus. ⁊ ſi iuncta fuerit planete in.5°.ab aſcendēte preerit duobus annis ⁊ recedet in tertio anno. ſi vero iuncta fuerit planete in quarto perit vno āno ⁊ remouebiť in ſcđo. ⁊ ſi inueneris lunā ⁊ dñʒ medij celi ambos.ſ.impeditos ex cōiunctione corporali in angulo nō reuertetur vnqꝫ ad ſuum opus: ⁊ deponetur ⁊ remanebit depoſitus ſm quātitatem loci operis. Si vero iueneris lunam ⁊ dominū medij celi infortunatos. ⁊ ſi fuerit in ſignis cōibus augebitur operi eius aliud ⁊ fortis erit in opere ſuo ⁊ ſi egreſſus fuerit de opere ſuo reuertetur ad eum.

¶ Queſtio ſi perueniet ad regnum vel non.

ET ſi te iterrogauerit aliqs vtrū perueniat ad regnū an non. Aſpice dñm aſcēdentis ⁊ eius ſignificatorē: que eſt luna: ſi iuncti fuerint dño medij celi aut ſoli vel fuerint in medio celi dic ita: ſin autem non.

¶ Undecimum ſignum ſiue vndecima domus cuʒ ſuis interrogationibus. Et primo vtrū adipiſceť rem quā ſperat.

CUm interrogatus fueris de re aliqua que ſperatur ⁊ in qua eſt fiducia vt de māſionibus a regibus vel honore: aſpice dñm.11°.ab aſcēdente: ſi iunctus fuerit dño aſcēdentis: aut dñs aſcendētis iunctus ei fuerit adipiſceť rem illā in qua habebat fiduciam. Si aūt fuerit cōiūctio ex trino vł ex ſextili aſpectu erit qđ dixi cū leuitate. ſi vero fuerit ex q̄rto aſpectu vel oppoſitiōe erit pter diſtrictionē. ⁊ ſi fuerit dñs.11. in angulo ⁊ luna recepta perficietur ipſa fiducia ſm ꝙ vo

lucrit:⁊ ſi fuerit receptor diſpoſitionis lune in ſigno cõmu
ni adipiſcetur de eo qđ ſperabat modicũ:⁊ ſi fuerit i ſigno
mobili erit in hoc qđ dixi difficultas. ſi vero fuerit in ſigno
fixo adipiſcetur qđ ſperabat perfecte. ſi autẽ inueneris re
ceptorẽ diſpoſitionis lune impeditum: deſtruetur ipſa res
poſt adeptionẽ eius. ⁊ ſi fuerit receptor diſpoſitionis eius
receptus adipiſcetᷣ plus eo qđ ſperabat. ⁊ ſi fuerit dñs aſcẽ
dentis eius receptus habebit omne qđ voluerit.

¶ Queſtio vtrum iungatur quis amico ſuo an non.

Et ſi te interrogauerit de vno quẽ dicit eſſe amicũ
dixeritq₃ vide vtrum ei iungar an nõ. Aſpice dñm
aſcendentis ⁊ lunã ſi iuncti fuerint dño.i i.ab aſcẽ
dente iungetᷣ:⁊ ſimiliter ſi iũgatur dominus.i i.cum domi
no aſcendentis. Si autem fuerit coniunctio ex trino aſpe
ctu vel ſextili: erit in diũctione illoꝝ gaudiũ dilectio ⁊ leti
tia. Si vᵒ ex q̃rto aſpectu: vel oppõne fuerit: erit i diunctio
ne eoꝝ ꝯrietas ⁊ contentio:⁊ vnuſq́ſq₃ eoꝝ erit ꝯrius ſocio
ſuo: in oppõne quoq₃ fortior erit contentio.

¶ Queſtio de ſpe nõ expſſa vtrũ qs ſꝫm ſuã ſpem adipiſcatᷣ.

Et ſi interrogatus fueris de re q̃ nõ fuerit tibi expo
ſita: dixeritq₃ tibi: rẽ quã ſpero ⁊ i quã hẽo fiduciã
vide: vtrũ habeam eam an nõ. aſpice dñm aſcẽdẽ
tis ⁊ lunã ſi iuncti fuerint fortunis ex angulis vl' ex ſeq̃nti
bus anguloꝝ adipiſcetᷣ. Si vᵒ nõ fuerint iuncti dic nõ. ⁊ ſi
nominauerit rem quere eam a loco ſuo in circulo ſꝫm ꝙ ex
poſui tibi ex ſbys .iz. ſignificatorum.

¶ Duodecimũ ſignũ ſiue duodecima domus cũ ſuis iter
rogationibus ⁊ primo que beſtia vincet brauiũ in curſu.

Cum interrogat⁹ fueris de beſtijs q̃lis beſtia vincet
in curſu: fueritq₃ iterrogãti beſtia in brauio aut ſu
ſpicat⁹ fuerit de aliq̃ beſtiaꝝ. Aſpice dñm illius ho
re q̃ interrogat⁹ fueris qui ſi fuerit in aſcendẽte beſtia de q̃
ſuſpicabitᷣ vincet oẽs beſtias. ⁊ ſi fuerit i medio celi: veniet
ſcđa.i. veniet poſt primã ⁊ ſil'r in.i i°. ⁊ ſi fuerit i.7°. ab aſcen
dẽte: erit media eaꝝ. ⁊ ſi fuerit in quarto erit nouiſſima ⁊
nulla beſtia erit poſt illã. ⁊ ſi fuerit dñs hore in deſcẽſione
ſua: currens eadẽ beſtia terrebitᷣ ex illo mõ ⁊ cadet ex ea:⁊
ſi cũ hoc ꝙ dixi aſpexerint eũ mali frangetᷣ pars corporis
ei⁹ quã ipm ſignũ ſignificauit. ſi vero aſpexerit eũ malus
ex oppoſitiõe vel fuerit cũ eo i vno ſigno:⁊ fuerit dñs aſcẽ
dentis in.8°. domus ſue. ille q currit morietᷣ ex eo caſu ⁊ eo
callidius ſi fuerit dñs ipſius domus vel luna impeditus.

¶ Queſtio quis ſit color beſtie vincentis.

Si aũt interrogauerit aliqs qui nõ hꝫ beſtiam inter
alias beſtias.ſ. dicẽs q̃ illaꝝ vincet. Aſpice dñm ho
re q ſi fuerit i aſcẽdẽte: vel inueneris aliũ planetã
i aſcendente: aut i medio celi: vel in.i i°. ipſe q vincit eadẽ
die hꝫ beſtiã ſcđm colorẽ illius planete q fuerit i aliq̃ ipſoꝝ
locoꝝ. ⁊ ſi fuerit ſignificator victorie i domo ſua aut i exal
tatione ſua vel i triplicitate ſua: aut in termino vl' facie ſua
erit ipa beſtia q̃ vincit generoſa ac nota ⁊ eo digni⁹ ſi fuerit
dom⁹: vel exaltatio:⁊ ꝙ ex h fuerit malũ erit: ſi vero ñ fue
rit in aliquo hoꝝ que dixim⁹ erit ignota:⁊ ſi fuerit cũ hoc
qđ dixi tibi i deſcẽſione ſua: hꝫ ꝯſuetudinẽ malignã ⁊ peſſi
mũ aĩum:⁊ i exaltatõe ſua ac domo erit generoſa ⁊ i tripli
citate nõ cognoſcetᷣ in terra ſua:⁊ non erit generoſa: in ter
